

227
E 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 10






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 10



~~11 V I 48~~


227 2 40

N K 1248

K I 1058a







[Faint handwritten text visible in the right margin of the page]

Hæc Juvenii editio valde rara est; G. W. Par-
 zer in *Annal. typographic.* Vol. IV. pag. 150. n^o 695,
 eam accurate describit et inter libros, Lecu-
 lo decimo quinto, invento, arte typographica primo im-
 pressor, induco ann, loca, et typographi descriptos esse
 laudatis: *Bibl. Salzh.* pag. 38.; *Catal. Bibl. Pinelli.* 11.
 p. 338, *Denit Suppl.* p. 596, *Bibl. P. nov. Sermoller* IV p. 156.

Hermanus Basschius, cuius carmen ad alcem legitur,
 & quæ editionem curasse videtur, fuit philologus Lipsien-
 sis natus 1560. mortuus 1584, vid. *Suppl. Gronov.* part. III. pag. 28.

J. Revius in *Savenna illustrata* pag. 135. de Herm.
 Basschio narrans, et quæ edidit indicans, nullam hujus
 Juvenii editionis ab eo curato, mentionem facit.

C. Daurment in *Syllabo prætorum Christianorum* etc.
 tum, quem Benedictus Petrocori præmaturæ editionem, ab
 ipso curato, 1686 præmittit, inter alias editiones Lip-
 sientem a. 1511. n^o memorat, quæ tamen ab hæc edi-
 tione, nullam loci nec temporis notam habente, diver-
 sa videtur.

In *Biographie universelle* (*Biogra-
 phie universelle*) legitur: "Jacques Le Noir d'Étaples
 a donné une édition du poème de Juvenius Paris.
 1499 in fol. il se flatte dans la préface d'être le premier
 qui ait publié cet ouvrage; mais les bibliographes mo-
 dernes en citant une édition in. n^o gothique, qu'il con-
 specturent avoir été imprimée à Venise par Richard
 Altino vers. 1490." M. V. 70

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

**Juuenicus presbyter in
mensam euangelice legis maiestatem heroicis
uerbis concludens ..**

Koninklijke
Bibliotheek
te 's-Gravenhage.

[Faint, mostly illegible Latin text in a Gothic script, likely the main body of the manuscript.]

Juuenius

In libro Hieronymi de illustribus viris
Juuenius nobilissimi generis: hispanus: presbiter quatuor euangelia hexametris versibus ad Iulianum penitus transferens quatuor libros composuit: et nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia: floruit sub Constantino principe
Item diuus Hieronymus in epistola ad magnam urbis oratorem

Juuenius presbiter sub Constantino historiam domini saluatoris versibus explicauit. nec pertinuit euangelij maiestatem sub metri lege mittere

Hieronymus super Mattheum

Pulcherrime munerum sacramenta Iuuenius presbyter vno versiculo comprehendit dicens Aurum thus myrram regi quod hominibus deo quod Dona ferunt

Item Joannes trithem abbas Spanhemensis in libro de scriptoribus ecclesiasticis

Juuenius presbyter. natione: hispanus vir nobilis atque doctissimus philosophus: poeta. rhetor. et theologus insignis. et non minus conuersatione quam scientia scripturarum: ecclesie venerabilis edidit per edificationem legentium tam metro quam prosa multa preclara volumina. sed pauca ad noticiam meam peruenerunt Legi operis insignis quod hexametris versibus composuit de quatuor euangelij libris quatuor Immortale nihil mundi compage tenetur. de sacramentis libris duos Cetera que composuisse dicitur ad manus nostras non uenerunt Claruit sub Constantino magno et filij eius. Anno domini: 330.

Item Baptista Mantuanus

Volo autem istorum oculos Iuuenium hispanum statuere. quem inter illustres viros et in doctissimorum christianorum catalogo hieronymus enumerat ut accidat eis quod a Persio dicitur Virtutem videant itabescantque relictam Prodit o zoli nri videte vix sacris uiciatim mysterijs lauro coronatum mus vndique circum lyram tenentem currite ad raris hoc et grade spectaculum sed caute ne repetite culpetis. lauda f a hieronymo hic igitur imensam euangelice legis maiestatem versibus inclusit heroicis

Presbyter

Franciscus petrarca in Bucolicorum Aegloga
decima. quæ laurea occidens inscribitur

Tum pinca late

Silua virens: dulcesq; oleæ: gremioq; decorum

Clara fouens roseo puerum stat limine virgo

Hæc matrona fuit hortis. quæ lecta remotis

Vimicis calathis templo aurea poma sacrauit

Mira loquar supraq; fidem. sed carmina vidi

Hic hominis pariterq; aquilæ bouis atq; leonis

Hispanum nostra modulantem voce Iuencum

Incipit prologus Iuenci presbyteri in quat-
tuor euangelia christi

S Mortale nihil mundi compage tenetur.
Non orbis: non regna hoim: nō aurea roma
Non mare. non tellus: non ignea sidera cæli
Nam statuit genitor rex irrevocabile tempus
Quo cunctū torrens rapiet flamma vlcima mundum
Sed tñ innumeros hoies sublimia facta
Et virtutis bonos: in tpa longa frequentant
Accumulant quoꝝ ⁊ famam laudesq; poetæ:
Nos cæli cantus smyrnæ de fonte fluentes
Illos minciadæ celebrat dulcedo maronis
Hæc minor ipsorum discurret gloria vatum
Quæ manet æternæ similis: dum sæcla volabunt
Et vertigo poli terras atq; æquora circum
Etbera sidereum: iusto moderamine voluet

X ij

Iuuenius

Quod si tam longam meruerunt carmina famam
Quæ veterum gestis hominum mendacia neccunt
Molis certa fides: eternę in secula laudis
Immortale decus tribuet: meritumq; rependet
Nam mihi carmen erunt christi: vitalia gesta
Diuinum in populis falsi sine crimine donum
Nec metus: ut mundi rapiant incendia secum
Hoc opus: hoc etenim forsitan me subtrahet igni
Tunc quom flammiuoma descendet nube coruscans
Iudex altithroni genitoris gloria christus
Ergo age sanctificus assit mihi carmis auctor
Spiritus. ⁊ puro mentem riget amne canentis
Dulcis iordanis: ut christo digna loquamur:

Finit prologus Sequitur liber primus

Præf byter

¶ Iuueni hispani. præf byteri. i. quattuor euāgelia
chri: hexametris vsib? trāsterētis Liber primus

¶ De scis parentib? Joānis baptistę. et de iphi
us p̄cursoris dñi cōceptione Lucę. p.

Rex fuit herodes iudęa in gente cruentus
Sub quo seruator. iusti templiq; sacerdos
Facharias: vicib? cui templū cura rueri
Digesto instabat: lecto q̄ ex ordine vatū
Cuius inherbat thalamis dignissima coniunx
Cura ihs ambobus parilis: moderaminis equi
Ambos annexos. legis precepta tenebant
Ihs fuit ihs soboles iam tunc vergentibus annis
Gratius vt donū iam desperātibus esset
S; quū sorte adyt? arisq; ifert? odores p. Para. xxiij
Facharias. visus celo descendere aperto
Nuncius: et soli iussus perferre loquelas
(Cetera nam foribus plebes astrata) rogabat
Quid tibi terribilis concussi corda pauore
Nisus tum lecti sermonis munere placat
Jam me ppicius re q̄ pater vnicus. alto
Ecclisolio tibi nunc in verba venire
Præcipit. ⁊ chara tibi mox de coniuge natum
Promittit: grandis rex cui gloria restat:
Plurima qui populis nascendi gaudia queret:
Sobrius eternū: clausum quē spiritus ipsis
Visceribus matris: cōplebit numine claro.
Istius hic populi patrem magnāq; docendo
Ad verum conuertet iter. dominūq; decumq;
Continuo primus noscet. plebemq; vocabit

A ij

Iuuentus

Moie Joānem quem tu vocitare memento
illi confusa rēdit mente sacerdos
Emula pmissis obsistit talibus etas
Nec senibus soboles poterit ptingere fessis
Quam deus auertens: pumquo in flore negavit
Hec trepidans vates Cui talia nuncius infert
Si tibi mortalis sobolem pmitteret vllus
Ad desperandum forsā cunctatio mentis
Debuerat tardis herens insistere verbis
Nunc ego (quem dūs celi terręq; repertor
Ante suos vultus voluit parere ministrum.
Auribus ingratis hoīs visusq; receptus
Summi iussa dei non contemnēda peregi
Quare pmissis manet irreuocabile donum
Sed tibi claudetur rapide vox nuncia mentis
Donec cuncta dei firmentur munera vobis
Hec ait. 7 subito tenues se misit in auras
Interea populus miracula longa trahebat
Quid tantum in templo vellet cessare sacerdos
Egressus trepide: numen vidisse supernum
Nucibus edocuit: miserę 7 dispendia vocis
Inde domum remeat completo ex ordine vates
Officio: amissamq; leuant pmissa loquelam
Nec dilata diu venerunt munera prolis
Anxia sed ventris celabat gaudia coniunx
Donec quinq; cauam complerent lumina lunam
Annunciatio Marię Zu. p. 1.
Tunc maiora debinc idem mandata minister
Detulit: ad Marię demissus virginis aures
Hec desponsa suo per tpa certa ppinquo

Presbyter

Abdita virginis castre pubescere tectis
Et seruare diem: iussis pmissa parentum
Ad quam tranquillū sermonem nūcius infert
Salue progeniem terris paritura salubrem
Desine conspectu mentem turbare verēdo
Nam tua concipientē celesti viscera iussu
Natū: quem regnare deus per secula cuncta
Et propriā credi sobolē gaudetq; iubetq;
Huic ubi sub lucem dederis sit nomen iesus
Ad quem virgo de hinc: pauido sic incipit ore
Nullos conceptus fieri sine coniuge dicunt
Unde igitur sobolem mihi nunc sperabo venire
Nuncius hęc contra: celeri sermone profatur
Virtus celsa dei circūuolabit obumbrās
Spiritus ⁊ ueniet purus: lectissima virgo.
Ac tibi mox puez casto sermone iubebit
Magnificū gigni populis. quem credere sanctum
Supremiq; dei natū uocitare necesse est.
Sic cognata tibi. sterilis quę credita cunctis
Zacharię coniunx: mortali carmine nuper
Euo defessis auxit miracula membris
Sextus adest mensis: parent sic omnia iussis
Virgo de hinc: domino famulam nunc ecce iubenti:
Ut tua uerba sonant: cernis seruire paratam.
Nuncius abcedens: uacuis se condidit auris

Uisitatio Marię Clu. pmo

Illa de hinc rapidis iudęam passibus urbem:
Zacharięq; domū penetrat grauidāq; salutat
Elisabeth: clausę cui procinus anxia prolis
Membra: uteri gremio motu maiore resultant

A iij

Iuuentus

Et simul exiuit mater concussa tremore
Diuinę vocis completa afflamine sacro
Et magnum clamans: felix o femina salue
Felicem gestans vteri sinuamine fetum;
Unde meam tanto voluit deus equus honore
Illustrare domum. quam mater numinis alti
Viseret: Ecce meo gaudens in viscere p̄oles
Exultat: Marię quum prima affamina sensit
Felix quę credit finem mor affore verbis
Quod deus ad famulos (magnū dignādo) loq̄tur
C̄lla trahens aīm per gaudia multa pudore
Suppre so: vocis pauitancia dicta voluat
Magnificas laudes animis: gratesq; celebrat
Immensō dño: mundi vix gaudia tanta
Ipsam te caperent q̄ me dignatus in altum
Erigere ex humili: Celsam cunctisq; beatam
Gen tibus ⁊ sc̄lis voluit deus equus haberi
Sustulit ecce thronum sequis: fregitq; supbos
Immensis humiles opibus ditauit egentes
Tunc illic mansit ternos ex ordine menses
Ad ppriamq; domum repedit iam certa futuri
Natiuitas sc̄i Joānis baptistę **Clu. p.**
Inc̄q; aderat tempus: quo sarcina deserat aluum
Elisabet: liquidas solueda in luminis auras
Ad partus fama tantos: collecta cucurrit
Turba, p̄pinq; per gaudia mira frequentes
Concelebrant: nomenq; iubent genitoris habere.
Abnuic hoc genitrix: sed Joannis vocitetur
Ingeminat: placuit muti tunc iussa parentis
Consulere: in scripto rogitantq; edicere nomen

Diesbytet

Sed pro mira fides: tabulis quā scribere tentat
Implicitam soluit per verba sonantia linguam
Mox etiam assuetam penetrant spiracula mentem
Completusq; canit venturi conscia dicta
Concelebrent cuncti: laudes gratesq; frequentent
Astroz 7 terre pontiq; hoīm q; parenti
Misere qui voluit: ppriamq; absolvere plebem
En beat antiquam gentem: cornuq; salutis
Erecto: indulget dauidis origine lumen
Hoc est quod pusi cecinere ex ordine vates
Hec est illa salus que nos ex hostibus atris
Eripit: vt iuste iusto seruire queamus
Et tu parue puer: sanctus dignusq; ppheta
Diceris: dñm mox progrediere viando
Illius 7 populum duces p lumen apertum
Errorem p te spernent: mortisq; tenebras
Abiumpent: oēs tua qui pcepta sequentur
Exhinc secretis in vallibus abdita semper
Vita fuit puero: donec poscentibus annis
Vatis ad officium: pleno pubesceret quo
Joseph cogitat relinquere Mariam **Mat. p**
In terrea Marię sponso miracula mentem
Sollicitant: manifesta vteri q; pōdera vidit.
Et secum voluit: quanā ratione ppinque
Dedecus oppressum celet. thalamosq; recuset
Talia tractanti torpescunt membra sopore
Mox stertente dei vox est audita monentis
Tu sponsam capias: vacat omni pactio fraude
Spiritus impleunt sancto cui viscera fetu
Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem

Iuuentus

Mobiscum deus. est cui nomen Protinus ille
Hec p̄cepta sequens: seruat sponsalia pacta

In die natali saluatoris nostri ie-
su christi **Luce. ij.**

Sed cum forte nouus capitum discussio census
(Cesareq; augusto iussus p̄ plurima scribi)
Describatur Syrię: quam iure regebat
Cyrinus: p̄rij cui tota p̄ oppida fines
Addebant: populi vires nomenq; genusq;
Urbs est iudeę Betbleem: danida canoz.
Que genuit: generis censum q̄ iure petebat
Obtulit hic illam: genus hinc vterq; traherat
Desponsamq; sibi scribēs: grauidāq; p̄fessus
Hospiciū amboꝝ betbleem sub membris vrbis
Angusti fuerant p̄rparua habitacula ruris
Illic virgo nouum completo t̄p̄fētum
Edidit. ⁊ leni pannoso tegmine motu
Exiit: cui duꝝ cunas p̄sepe ministrat.

Angel⁹ natiuitatē xp̄i pastorib⁹ nūciat **Lu. ij**

Terca sollicitę pecudes custodia noctis
Pastores tenuit vigilēs: per pascua læta
Ecce dei monitu visus descendere cęlo
Muncius: ac subito terror tremefacta pauore
Prostrauit viridi pastoꝝ corpora terre
Talis ⁊ attonitis cęlo vox missa cucurrit
Ponite terrorem mentis. mea sumite dicta.
Pastores: quibus hęc ingentia gaudia porto
Nam genitus puer est: dauidis origine clara
Qui populis lucem mox læticiamq; apaget

Dies bptet

Hoc signum dicam: puez q̄ cernere vobis
Jam licet: implentem gracili p̄sepia voce
Talia dicenti. iunguntur milia plebis
Celestis: cunctiq; deum laudantq; rogantq;
Talis ⁊ vniti vox agminis: aera complet
Gloria supremum comitetur debita patrem
In terris iustos hoies par digna sequetur
Et simul ihs dictis. celi secreta reuisant.
Pastores p̄pere veniunt: puezq; iacentem
P̄sepis gremio cernunt: post inde frequentes
Dispergunt late celebris vaga semina famę
Mirantes laudant: letantes constupuerunt.
Dia nocturnis monitis qđ vera recurrat

Circumcisio dñi Clu. ij.

Ad erat octauam lucem puer: ecce recidi
Ad morem legis: nomenq; aptare necesse est
Impositumq; illi (monitis celestibus olim
Quod marię vox missa deo p̄cepit) Iesus

Purificatio Marię Clu. ij.

Scripserat antique moyses moderamina legis
Inter que: primos pulco de sanguine vaturn
Obseruare dedit: fetus offerre sacrandos
Implumesq; simul ferre ad delubra columbas
Hęc vbi p̄ mariam templo seruata feruntur
Ecce senex simcon: dignus comprehendere sensu
Celestes voces: cui quondam prescia rez
Virtus pdiderat: qđ carcere corporis, egri
Deposito: mortem liber requiemq; videret
Cum primun: celi laudem terręq; salutem

Iuuenius

(Oia quem vatū spondent oracula) christum
Vidisset. templo solēnes ferre palumbos
Etq; vbi: curuato defessus corpore: templum
Jam grauior penetrat: monuit quod spūs auctor
Ecce simul paruum gremio genitricis Jesum
Ad templum sensit venisse: tementibus vltis
Accepit puez: letusq; hęc dicta profatur
Nunc nunc me famulū dñs: nunc liberet arcis
Corporis e vinculis: finemq; imponere verbi
Dignetur cum pace suis. en splendida nostros
Lux oculos tua circumstat radijsq; refulget
Quam cunctis hoim lustratis mentibus addet
Israelitaz cumulatę gloria plebis
Hinc ait: hęc quid dgo tibi tam mira videntur
Hic puer ad casum populis datur: iste renasci
Concedet populis: illi signum esse negabunt
Federis: hi contra cęlo venisse tenebunt
Ziuor edax faciet: letum vt percurrat amaz
Atq; tuā fulgens aiām (mibi crede) machera
Quo pateant tecti tēnebrosa volumina cordis
Hęc ait in simeone deus: vox ecce pphete
Femineam sancto complet spiramine mentem
Anna fuit natu grauior: quam in flore iuente
Constituit viduā: mors immatura mariti
Hinc fruitur casta charo pro coniuge vita
Continuoq; dei cultu: quę numine ducta
Cognouit christum: z simili sermone loquuta est
Vnde vbi solēnem pueri p nomine legem
Compleuit genitrix: z Joseph omnia mirans
Ad patriam leti repedant: puezq; reportant

Prefbyter

Magi cū muneribus veniunt Mat. 2.

Sens est eoi p̄ph̄bo orto proxima regni
Astrozum sollers ortusq; obitusq; notare
Huius primores nomen tenuere magorum
Hinc ecti proceres: solymas per longa viarum
Deueniūt: regēq; adēūt: orātq; doceri
Que regio impio puez iudēa teneret
Jā genitū: sese stellę fulgētis ab ortu
Admonitos venisse via: quo supplice dextra
Exortum terris venerabile numen adorent
Territus herodes: vatum legumq; peritos
Quiq; prophetarum veterum presagia noscunt.
Im perio accitos: iubet omnia quęre legis
Quo pateat: quę sint genitalia mēnia christo
Dīa venturum spondent quem oracula vatum
Tūc manifestat bethleē q̄ mēmb⁹ illū Michee. 5.
Progigni maneat: cui sacra ducere plebem
Israhelitarum sancta virtute necesse est:
Tunc iubet herodes perfas pertendere gressum
Inuentumq; sibi puerum monstrare videndum
Ecce vię medio: stellā p̄currere cernunt
Sub antem flammis auram: quę in culmine summo
Restitit et pueri lustrata habitacula monstrat
Gaudia magna magis redeunt. sidusq; salutant
Et postq; puez videre sub vbera matris
Deiecti prono texerunt corpore terram
Submissiq; simul. mox mystica munera promunt
Thus: aurum. myrrham. regi; homini; deo; q;
Dona ferunt. totam mox horrida somnia noctem
Sollicitant. sequumq; iubent vitare tyrannum

Iuuenius

Dentes diuersis herodis calcibus aulam
Diffugiunt: patriâq; magi rediere latentes

C Joseph ab angelo p̄ visum admonitus. cum
puero z matre eius in egyptum fugit. in fantes
occiduntur. **Matth. ij.**

Ipsum et iam puez monitis cęlestibus actus
Egyptum cum matre simul trāsportat Joseph
At ferus herodes sibi met succedere credit
Quem callens astris quesisset cu ra magorum
Quorum precauto discessu sollicitat us
Crudeli tinxit bethlemica compita cęde
Infantes mādans: tenerâq; sub vbere plebem
Innocuam. in sinibus rigido succumbere ferro.
Hęc etiā cędes olim p̄scripta manebat

Mā pius hęc vates diuino numie docet? **Hiē. iij. z. xxxi**

Cōplorat: miserę sobolis p̄ funere matres
Horrenda grauitur pulsabunt çthera voce
Alst vbi sopitus furor est z sęua tyranni
Infantum roseo feritas faciata cruore
Extinxisse putat cunctos quos primus z alter
Annus lætiferi miserandus cesserat çui

C Regressio Iesu christi ex egypto **Mat. ij.**

Igrandis rursas deuinctus membra sopore
Joseph: virgetur monitis mariā puezq;
Egypto ad patriam vectare: vbi nazara fęlix

Olum predictum puero dedit addere nomen

Dixit z alterius quondā prenūcia vatis **Ozeę. xi**

Vlox instructa deo: veniet veniet mea ples

Egypto exalta: terris lumcnq; salusq;

Crescebat rapidis annoz gressibus infans

Presbyter

Occurrens eum sapientia preueniebat

Omniaq; in vultu 7 vrbis veneranda micabant.

Jesus inuentus in medio doctorum. et subditus
erat Marię et Ioseph **Luce. ij.**

Et iam bis senos cui comprehenderat annos

Cum pasche ritum seruato ex more parces

Ad templum lecti puez perducere festis

Omnibus annoꝝ vicibus de more solebant

Ergo aderant pasche pariter: cunctisq; diebus

Festoz impletis: patriam remcare parabant

Tum puer in populo comitis vestigia matris

Deseruit: templiq; libens secreta petiuit

Illum p; vicos vrbis: perq; abdita tecta

Perq; vie stratas: p; notos: perq; p; pinquos

Querebat genitrix: sed lux vbi tertia venit

Ad templum p; pere remeat vatunq; choreis

Inuenit insertum: legumq; obscura senili

Tractantem cętu: vix admiratio digna

De pueri verbis senibus fuit: at pia mater

Mate ait amissum lachrymis te quero p; fusis

Anxia cum genitore gemens: q; causa parentum

Secernit gressu: templiq; in sede retentat

Ille autem quid me tantum quid queritis inquit

An nondum sentis genitrix q; iure paternis

Sedibus 7 domibus natum est habitare necesse

Hęc ait: 7 gressum sociat: patriamq; reuisit

Hęc genitrix tanti per sensit pondera verbi

Ordine cuncta tñ cordis secreta reseruant

At puer obsequijs apte p; dulcibus ambos

Ad p; pium semper cogens neccebat amorem

Iuencus

De baptismo Joānis in iordane: z de victu
et habitu eiusdē Christus baptizat. cœlū apit.
vōr p̄ris audit **Mat. iij. Mar. j. Lu. iij. Jo. p.**

Interea veteris scripti per debita currens
Omnia sęclorum series p̄missa traherat
Facharię soboles: desertis vallibus omnes

Ad deponendas maculas clamore vocabat
Fluminis vt liquidi caperent miranda lauacra
Quis animę species abluta sorde niteret
Esaías vates cecinit quod numine iussus. **Esa. xl.**
Vlox late resonat desertis vallibus: amplas
Sternite iam stratas: omnis sit recta viarum
Semita: quę dñi plantis calcanda beatis
Subsident colles: vallis complebitur omnis
Corriget anfractus: callis bona linea recti
Corporeisq; oculis lumen tractare serenum
Omnibus indulget genitor dominusq; salutis
Ergo aderant populi: passimq; hinc inde ruentes
Complebant ripas: avidiq; lauacra petebant
Texta camelorum fuerant velamina setis
Et zone pellis: medium cinxere prophetam
Ederet locustas solitus ruralibus aruis
Et tenuem victum prebent siluestria mella
Vsq; vbi tot populos diuersis sedibus ortos
Erruere ad fluum cernit: sic increpat ore
Vipereę gentis soboles: quis debita vobis
Supplicia: virgutesq; iras euadere monstrat
Sed facite o miseri fructum (si penitet) aptum
Nec generis vestri tollat fiducia mentes

Presbyter

Nam potis est dura super rex cote creare
Progeniem: quoniam soboles sua degener errat
Proxima roboreis iamiam radicibus instat
Cunctorum ante oculos: acies sublata securis
Cedentur silue steriles: ignemque fouebunt
Nunc ego propteritas maculas in flumine puro
Abluere institui: veniet sed fortior alter
Cuius vincula pedum: non sum perstringere dignus
Abluet ille homines sancto spiramine mergens
Flammamque globis purgabit noxia corda
Illius et manibus ruralis pala tenetur
Et propria ipsius purgabitur area frugum
Horreaque implebit secreti copia farri
Eternusque leues paleas populabitur ignis
Hec ait. et apperis per siluam passibus ipsum
Cernit iordanis veneranda lauacra petentem
Sed vetat increpitans vates: et talia fatur
Tunc meis manibus: digneris mergier undis
Cum tua me melius possint purgare lauacra
Dixit iohannes: Cui talia reddit Iesus
Nunc sine: nam decet hoc: sic sancta pro omnia nobis
Iusticie consecrandus complebitur ordo
Hec memorans: vitreas penetrabat fluminis undas
Surgenti manifesta dei presentia claret
Scinditur auricolos septemplex ether a celi
Corporeamque gerens speciem: descendit ab alto
Spiritus: aeream similans ex nube columbam
Et sancto flatu corpus perfudit Iesu
Tunc vox missa dei: longum per inane cucurrit
Ablutumque undis christum: flatumque perunctum

¶ j

Juuenius

Alloquitur Tenate hodie per gaudia testoz
Et me pgenitū: placet hęc mihi gloria prolis

CPost ieiuniū quadraginta dieꝝ et noctiū iez
sustētat? est ꝛ vicit Mat. ꝛ Lu. iij. Mar. j.

Tunc petiit vmbrosos montes. ꝛ lustra feraz
Obsequiumq; illi: patris prebere ministri

Certabant: rabidi mox liuor demōnis atram

Cum terrore rapit mentem: nec defuit egro

Tentandi interea christum versutia fallax

Quadraginta illi fuerant ex ordine soles

Ex quo nulla cibi potusve alimenta dabantur

Sed contexta simul firmi ieiunia cordis

Terraz ad regnum: mentis secreta tenebant

Tunc epulas demum monuit cōquirere corpus

Horrendi interea sceleris fallacia tentans

Si te p certo genuit deus omnibus inquit

His poteris saxis forti sermone iubere

Usum triticei formamq; capescere panis

Christus ad hęc fatur: nil me iam talia terrent

Nā memini scriptū: q nō sit sola datura Deu. viij

Elitam credētis facilis substātia panis

Sed sermone dei cōplet pia pectora virtus

Rursus at ille dolos versutis artibus aptans

Rectere tentator ꝛperat: nam mēibus vrbis

Nox inferre pedem sensit: vis liuida christum

Culmine marmoreo tendit consistere templi

Tunc sic aggreditur vocis fallente veneno

Si deus est vere genitor tibi: culmine templi

Aera per vacuum saltu iaculabere corpus

Presbyter

Testis erit scriptura tibi que spondet aperte
Dandatū summi genitoris id esse mīstris **Ps. xc.**

Et lapsū studeant casu defendere corpus
Et famulis manibus curent tua membra leuare

Ne lapidis ledat summas offensio plantas

Reddidit ijs dictis christus contraria dicta

Demisse magis scripti cęlestis oportet **Deutro. vi.**

Ne vires domini fidens audacia tentet.

ERursus in abrupti montis consistere celsis

Not furibunda magis sensit fallacia christum

Ostendens illi fulgentia regna per orbem

Cernis ait que sit tantarū gloria rerum

Cuncta tibi possum iam iam concedere regna

Talia donantem si me veneratus adores

Tum sic instantem reiecit dictis Iesus

Effuge pestiferi rabies vesana veneni

Hęreat vt semp nobis immobile iussum **Deutro. vi**

Et iustus cęli dominum deuotus adoret

Alius et famulans veneretur nomen in euum

Talibus excussus fugit per devia dęmon

EIesus Joanne capto, secessit in galilęam

Mat. iij. Marci primo

Inle vbi Joannem cognouit carceris vmbria

Submersum: tristi compressit corde dolorem

Finibus et statuit zabulonū pondere sedes

Et dictū cęsarie cōcurreret ordine scęli **Elaię. x.**

Terra zabulonum ⁊ regio cui neptula nomen

Et via trans pelagus longe galilęaq; rura

Trans et iordanem: gentes populiq; tenebris

Inclusi: magnum lumen subitumq; videbunt

B ij

Juuenius

In mortisq; illis vmbria residentibus alma
Exoritur fidei resplendens luce voluntas
Ergo instare dei regnantis munera christus
Muniat: increpitans preconiâ largâ salutis

C Petz et Andreâ Joannē et Jacobū piscato-
res cōvocauit. **C** Mat. iij. Mar. pmo

P Reteriensq; videt ponti plictora fratres
Præsolidū simonē dignū cognomine petri
Andreâq; simul sinuosa volumina lini
Piscibus insidias: disponere marmoris vndis
Munc inquit pisces capitis maris cœtibus altis
Sed me si libeat sectari. fortia vobis
Prouenient hoim præpulchra indagine lucra:
Illi confestim firmato pectore certi
Retibus abiectis: pariter precepta sequuntur
C Post frēs geios Jacobū Joēmq; marinis
Insidias gregibus: maculoso innectere textu
Et vidit: similemq; dedit de littore vocem
Illi zebedeū genitorem puppe relinquunt
Illico sectantes pulcherrima iussa salutis
C Jesus galileam circuiēs penitentiâ predicat
et varios languores hoim curat **C** Matthei
q̄rto. Marci. tercio. Joannis. vi.

E X in per terrâ galileę: sancta serebat
(Insinuans populis) regni præconiâ christus
Donabatq; citam inualidis egrisq; medclam
Et mox crebra procul: Syriam iam fama tenebat
Mille sonans linguis: presentia munera christi
Deniq; certatim languores tabe peresos

Presbyter

Diuersisq; malis nexos: quis longo dolore
Assumpsit populās membroꝝ roborā tabes
Non strabant christo: facili sed munere cunctos:
Reddebat ppere mirāda ad gaudia sanos
Famq; aię ipsius morbi: semiq; furores
Et lune cursum comitata insania mentis
Discessere. graui sermonis pondere iussa.

Cillū stipātes miracula magna mouentē
Dixitę sęctātur turbę: solymiq; syriq;
Et iudęa frequens populis: galilęaq; plebes
Quos et iordanis dirimit stagnante fluento
CDe octo beatitudinibus et multis alijs per
ordinem. Matthei. v. et Luce. vi.

In Os populos cernens: precelsa in rupe resedis
Ac sic discipulis gremium cingentibus infic
Felices humiles. pauper quos spiritus ambit
Illos nam cęli regnū sublimē recepat
CHis similes mites. quos mansuetudo coronat.
Quoꝝ debetur iuri: pulcherrima tellus
CHic modo lugentes: solacia digna sequentur.
CPabula: iusticię qui nunc potusq; requirunt
Illos plena manet saturādos copia mensę
CFelix qui miseri doluit de pectore sortem
Illum nam domini miseratio larga manebit
CFelices puro cęlū qui corde tuentur
Uisibilis deus ihs per secula cuncta manebit
CPacificos deus in numeꝝ sibi prolis adoptas
CFelices nimiū quos insectatio frendens
Propter iusticiā premet. ihs mox regia celi
Pandetur: gaudete opeꝝ q̄s iusta tenentes **B iij**

Iuuentus

Urgebit præcep̄s stimulus iniuria sc̄uis
Plurima nam merces vobis seruat̄ur in çthra
Namq; p̄phetaz fuit insectatio talis
¶ Ap̄los sal terre vocat Mat. v. Mar. ix. Lu. xij

¶ Sc̄ite vos hac in terra salis esse saporem
Hic sapor: amissa si iam virtute senescit
Quæ salis absumptos acuet subst̄tia gustus
Nec quisquam vni post hęc sup̄est salis vsus
¶ Nil longe abiectum: cuncta vt vestigia calcant

¶ Idem lumina mundi dicuntur
¶ Mat. v. Mar. iij. Lu. viij. et. xi.

¶ Os estis mundi claz (ne abscondite) lumen
Nam quis præcellis impostam rupibus urbem
Occultare queat. vest̄ sed lumen ad omnes
Proueniat. rerumq; decus sub luce serena
¶ Donatur: cunctis genitoris gloria vestri
Laudetur: celsi thronus est cui regia celi
¶ ¶ Non venerit soluere legē sed adimplere
¶ Matthei. v.

¶ ¶ Non ego nunc prisca leges dissoluere veni
¶ Uterer nec veteres ponunt quæ iusta p̄phetæ
¶ ¶ Dia nam vobis p̄ me complenda manebunt
¶ Uera loquor: donec celi terreq; marisq;
¶ Interitus veniat: legis nec littera saltem
¶ Aut apicis parui gracilis distinctio deerit
¶ ¶ Dia quin fiant digesto ex ordine sc̄cli
¶ Si quis em̄ minimā mād̄ati soluere p̄t̄. Jacobi. ij
¶ Ansus erit: pariterq; hoies suadendo docebit
¶ Hic minimi nomen c̄lesti in sede tenebit
¶ At quicūq; opis p̄p̄ij moderamina seruans

Pres byter

Inviolata: simul tradet precepta priorum
Magnus erit: magniq; feret trans sidera nomen

De homicidio Mat. v.

a Vidistis veteri iussu moderamie legis **Exo. xx**
Humano si quis macularit sanguine palmas
Ille reus: ferro p̄soluet vindice p̄nas
Ast ego p̄cipiam ne quis consurgere in iras
Audeat: atq; odio fratris feruente moueri
Nam reus hic: equo p̄nas sub iudice reddet
Nec minor illoꝝ conuicia flamma sequetur
Qui fatui misericordiam sub noie fr̄em.

De oblatione Mat. v.

f In offerre voles: venerans altaria donis
Et tua tunc tacite mentis penetralia tangent
Quod tibi sit cum fratre domi suscepta simultas
Munera cuncta adytis illic admota relinque
Et prius ad pacem p̄peras trāscurre petendam
Fraterno demum iam conciliatus amori
Offer grata deo tranquillo pectore dona
Adversario ututi sez z ratiōi q̄ vicij aduersan
tur p̄sentiendū esse in via hoc ē in vita z rōis dic
taminiibus parcb̄imus **Mat. v.**

e St ubi p̄terea semper contraria virtus
Corporis hoc casti celeri curetur amore
Dum rapideꝝ tecum graditur p̄ compita viteꝝ
Accusabit enim polluti corporis vsus
Et te sublimi statuet sub iudice vinctum
Damnatum rapient ad vincula seua ministri
Nec prius e tenebris solueris carceris atri
Ultima q̄ minimi reddatur portio nummi.

Iuuenius

De adulteria **Mat. v. Exodi. xx.**

h Audignora reor vobis stat cautio legis
Corpus adulterio phibens: sed nunc mea iussa

*Quia si quis
fuit quilibet
quidam*

Occulta interne frenent molimina mentis
Nec minus optati q̄s facti p̄na luenda est

De oculo eruēdo ⁊ manu āputāda **Mat. v**

s Ite forte oculi dextri laqueauerit error
Auctorem misere p̄perans conuellit o labis

Et iaculare p̄cul: nam membꝝ perdere prestat.

Exiguū flammis q̄s totum tradere corpus

Perpetuisq̄ aiā pariter conuoluere p̄nis

Et si dextra manus mentem p̄ deua ducit

Erroris causam magis vtile vell ere ferro

Quā totum q̄ternis corpus cōcedere flammis

Uxorē non nisi ob adulteriū dimittendam

Matthēi. v. et. xix. Mar. x. Luce. xxi.

p Recipiūt veteres: si q̄s p̄nubia rūpit **Deu. xxiii**

Scribere discidiū iuris feralia x̄ba

Sola viri recte discedet adultera tectis

Ast aliq̄ maneant. nam casti iura pudoris

Auctore amittet mulier deserta marito

De iuramentis **Mat. v. Leuitici. xix.**

a Atique leges phibent periuria linguis

Sed nostris cēdat iurandi audacia iussis

Nec fas est homini: cēlum iurare p̄ altum

Quod sedes dñi: nec quē vestigia gestat

Terradei: Solymę ve vrbis venerabile nomen

(Q̄ regis magni patria est) iurabitur vnq̄s.

Nec caput in p̄prium cuiq̄s iurare licebit

Presbyter

Manus potestatem minimi non esse capilli

Cernitis. albuve aut nigz mutare colorem

**Qualis erit responso et q̄ verba interrogan
ti reddemus** **Mat. vi. Jacobi. v.**

e Si est sufficiat: quod non est: dicere non est

Quod superest istis: totum fallaciter egro

Suggestit obreptans aīo vis tetra veneni

**Qualē quisq; infligerat penā: talem ipsi susti
neri cogebatur pat pari veteri lege referebatur.**

**Matthei quinto. Exodi. xxj. Leuitis
ti. xxiiij. Deuteronomij. xix.**

p Erulgata diu legis precepta tenetis

Redentem semper similis vindicta sequatur

Sed tranquilla malum melius patientia vincet

Ac si quis ptem palma pcusserit oris

Nox aliam ptem vultus p̄bere memento

Auferat aut tunicam si quis vi iudicis instans

Cede libens: pariterq; ferat tua pallia secum

Hosti vrgēti ad infesta inserviēdū **Mat. v**

f Ite forte aliquis passus p mille iubebit

Ire viā: grauis atq; oneris p̄ferre laborem

Nox perges: aliudq; viē comitabere duplum

De elemosynis erogādis **Mat. v.**

f I quis egens poscet: vel si simulabit egentem

Ex aīo miserans largire: aut mutua si quis

Orabit: tribue ⁊ mitem ne subtrahes vultum

Inimici diligendi sunt **Mat. v Lu. vi**

n Ec tibi sit placitū: solis succurrere amicis

Aut cecis odijs inimicos ducere dignos

Quin ego p̄cipiam: semper blando esse p̄ omnes

C j

Iuuentus

Obsequio: precibusq; deum mollire benignis
Pro vita ipsorum qui vos excindere gaudent
Aduersisq; truces animis odijsq; sequuntur
Nam genitor noster communia lumina solis
Comunesq; dedit pluias iustisq; malisq;
Quod si coniunctos tantum veneramur amicos
Quis locus hic iuste poterit mercedis haberi
Seruit amicitie tantum gens dedita lucris
Sed vos perfecti similes estote parenti
Ostentationem inanem in bonis operibus
vitandam esse **Matthæi. vi.**

¶ I cui iusticie pandetur pulchra facultas
Deuitate oculos hominum: nam nulla manebit
Merces in celo que factum tale sequatur
Applaudet tantum sterilis iactatio vulgi
Sed quod dextra facit. facias nescire sinistram
Conueniet: iustis meritis tunc digna repondet
Oculi solus scrutator premia cordis
Captationem laudum in oratione declinan-
dam **Matthæi sexto**

¶ Ut quos pre tumide tollit iactatio mentis
Et precibus proprijs gaudent assistere turbas
Multi fluisq; diem verbis ducento fatigant
His votis pompe fructus succedit inanis
Sed secreta domus precibus penetrabilia castis
Claudantur. paucisq; deum venerabere xbis
Scit pater ipse: tui que sit trepidatio cordis
Nil absente deo loquimur. nil abdita clausum
Pectoris antra tegunt: pater deus ois cernit
His igitur votum placeat concludere verbis

Oratio

Oratio dñica Mat. vi. Luce. xi.

¶ **I**deoque genitor residens in vertice celi
Nominis oramus veneratio sanctificetur

In nobis pater alte tui: tranquillaq; mundo

Adueniat: regniq; tui lux ampla pateat

Sic celo. vt terris fiat tua clara voluntas

Et talisq; hodie sancti substantia panis

Proueniat nobis. tua mox largitio soluat

Innumera indulgens erroris debita prauis

Et nos haud aliter concedere scenera nostris

Retri seua procul tentatio demonis absit

Eq; malis tua nos in lucem dextera tollat

Tunc etenim genitor populis delicta remittet

Si vestra alterni vobis peccata velitis

Cedere: nec duz erratis intendere pectus

De ieiunio Matthei. vi.

¶ **U**nt etiam pergrata deo ieiunia plebis

Sed ppriam multi faciem sedare laborant

Quo vanam captent hoim ieiunia famam

Tu vero zgrato crinem madefactus oliuo

Letantem puris de fontibus abluo vultum

Et solus genitor deuoti pectoris aptum

Seruicium cernens: laudet meritumq; rependat

Terreno thesauro non esse imminendum sed

celesti Matthei sexto.

¶ **A**num est de fossis terra inuigilare talentis

Illic crugo z tineq; dominantur edaces.

Cunctaq; diripiunt fures egesta latebris

Condite thesauros vobis in vertice celi

¶

Iuuenius

Non erugo illos tineęue aut horrida furum
Pactio diripiet: vobis vbi condita res est
Illic corda etiam simili ditione tenentur
Corporis est lumen quo publica lumina cernis
Sed si pura acies oculis simplexq; nitebit
Clare totius splendent corporis artus
Sin vero neq; fuerit: prauumq; videbit
Obscure incumbent sup omnia membra tenebrę:
In nigras lumen sed si conuertitur umbras
Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris

¶ Sup hoc Nęo p̄t duob; dñis seruire, nimias
curā de esca & vestimētis e corde eliminādam nec
plus equo solliciti erim? ¶ Mat. vi. Lu. xvi.

n E mo potest dominis eque seruire duobus
Unius aut odijs cedet vel cedet amori
Nec pariter dominū seruus patietur vtrumq;
Haud vnq; poterit quis diuitijsq; deoq;
In seruire simul: sed vos hęc iussa tenete.
Sollicitet pprio ne vos p̄ corpe vesti? Mat. vi. Lu. xij
Nec faciles victus egra disquirite cura
Nonne aiā pluris facimus q̄ corpis escas
Haud dubitet corpus qui q̄ p̄ponere vesti
Aerias spectemus aues: non vomere presso
Terga soli subigunt iaciunt nec semina farris
Aut segetum culmos incurua falce recidunt
Proueniet tamen his facies potusq; cibiq;
Nonne deo magis est hoim curatio cordi:
Nec dignū fuerat: vestis suspendere curam
Pectoribus si nunc habitam trasire figuram.
Per se nemo potest: aut quicq; imponere membris

Presbyter

Cernite per pingues agros ut lilia florent
Non vlli tamen ijs vnq̄ incubuere ligones
Nec salomona grauem cum regni diuitis aula:
Afflueret: talis contexit gratia vestis
Quod si pratorum fruticumq̄ virentia leta
Ipse deus vestit: nostris obnoxia flammis
Cur vobis potior non est fiducia patris:
Ergo cibum potum vestemq̄ ⁊ inania cuncta
(Gentibus infidis terrenā linq̄uit e curam:
Vos potius digne cęlestia quęrite regna
Iusticiāq̄ dei: spontanea cętera currunt:
Crastina nec vobis curetur copia rerum:
Quisq̄ dies sibi met satis est pro fraude diurna
Nō est temere iudicandū ⁊ de festuca ⁊ trabe
in oculo. margaritas nō añ porcos ponendas.

Matthēi. vii. Luce. sexto

1) Iudicium vestrum fugiat damnatio sc̄ua
Nam dominus vestri iuris documenta sequetur
Quęcūq̄ in terris statuetis tempora capti
Hęc eadem vobis genitor seruabit in cętra
Mensurā tibi quā ponis portare necesse est:
Cernis adherentem festucā in lumine fratris
Nec tamen in proprio lignum consistere sentis
Atq̄ oculum prius alterius purgare laboras
Diripe sed proprio fallax de lumine trabem
Tum minimā alterius curabis demere aristam
Nec anib̄us sanctum dederis tu. ne ve velitis
Turpiter immūdis iactare monilia porcis:
Namq̄ illa in cęno pedibus subiecta iacebunt:
Conuersiq̄ sues vasto vos vulnere rumpent

E iij

Iuuentus

Petendum querendum et pulsandum esse

Matthei. viij. Lu. xi. Iho. xvi.

Poscenti dabitur: querens inuenta tenebit

Pulsantiq; aditus foribus pandetur apertis

Vos hoies natis panem poscentibus omnes

Nun lapidē dabitis: piscem ve petentibus anguem

Vos inquā rigidi quibus alte est insita cordi

Duricies: vestris dabitis semper bona natis

Indulgens homini genitor bona mitia digne

Quā prestare magis gaudet poscentibus equis

Que cupitis vobis hoim benefacta venire **T**obie. iiii

Hec eadem vestro cunctis prestare fauore

Hec legis summa est: hoc ius dixere pphetę

Clata est via que ducit ad perditionem

Matthei. viij. et Luce. xij.

Iteper angustam iusti super et heram portam

Quam lata et spaciola via est que limite leuo

Peruptum conuoluit iter caligine mortis

Innumeręq; illā penetrāt p prona cateruę

Angusta est via q̄ ducit ad vitā **M**at. viij

Iscalis vastis stipatur semita saxis

Celsaq; vix paucos ducet p serupea virtus

At si quos nimium fallat illexq; maloꝝ

Planicies: suasit deformi lubrica lapsu

Arripit hos pronosq; trahit velut impetus amnis

Aut alacer sompes ruptis effrenus habenis

Aut rectoris egens ventosa p equora puppis

De pseudo pphetis et hypocritis **M**at. viij

Obseruate illos: falso qui nomine vobis

Insidias faciunt: appellāturoq; pphetę

Prelbyter

Hos ouium species vestit: sed sœua lupo:um
Pectora fraude tegunt: lacerantq; incauta trahentes
Agmina credentium: sœuus quos decepit error
Fructibus e proprijs noscuntur talia monstra
Quemq; petat finc fallax doctrina videndum est
Quapropter rex molitio perspiciatur:
Nam neq; de tribulis ficus nec sentibus vuas
Prouenisse vnq; ruris per terga notastis
Utg arbor proprio vestitur germine pomi
Sic dolus illorum fructu monstrante patescit
C Super hoc Non omnis qui dicit mihi dñe do
mine intrabit regnum celorum.

CMatthei .viij.

n On ego palpātum verbis ⁊ honore mouebo:
Nec me q; dominū pꝛeblanda adulatio dicit
Pꝛemia celestis capiet spontanea sedis
Olli sed merito gaudebunt munera regni
Qui faciunt nostri genitoris iussa volentes
Adueniet mox summa dies: quę iure seuero
Pꝛemia iusticię tribuet: sceleriq; gehennā.
Tum mihi multorum clamitabit talia fletus
Nonne tuo quondam nobis sub nomie virtus
Extitit: et nostris parebāt oia iussis:
Sepe etiā nostra est vox annumerata prophetis
Seruuitq; tuo nobis sub nomine demon.
Tunc iurabo illis quod talis cognita nunq;
Vita mihi est hoim: gestis quę sordet iniquis
C De domo edificata supra petram vel arenaz

CMatthei .viij. Luce .vi.

q Uisq; meis monitis: auresq; ⁊ facta dicabit

C iij

Iuuentus

Hunc equabo viro: solidis fundamenta factis
Ponenti: librata super que mensa surgent
Illa domus pluuijs ventisque illesa manebit
Torrentumque minas firmato robore vincet
Herent iminoto quam fundamine petre
Qui vero auditu tantum in caruissa tenebit
Diuersisque procul factis per lubrica perget
Hunc similemque faciam volucri qui fulcit harena
Fundamenta domus: cui mox ut flamma venti
Et pluuia effusis cepere incumbere rimis
Dis subuerso procumbit pondere moles
Insequiturque graui tectorum strage ruina

¶ De admiratōe in populo orta ex vobis iesu christi
¶ Mat. viij. Mar. p. Lu. ij. et. iij.

t Alia dicentem magna admiratio plebis
Immensum stupuit. quam transcenderet alte
Doctrinam veterum: christo concessa potestas

¶ Iesus descendens de monte leprosum curauit
¶ Mat. viij. Marci primo Lu. v.

d Enique linquentem celsi fastigia montis
Stripabat gaudens populorum turba sequentum

¶ Ecce sed horrenda confixus viscera tabe
(Quem toto obsessum fœderat corpore lepra)
Procubuit venerans iuuenis: christumque precatur
Ut careat tandem languoris pondere tanti
Sufficiat voluisse tuum Tum dextera christi:
Attactu solo purgavit lurida membra
Incolumique de hinc celare hæc gaudia iussit
Et legi parens: offerret munera templo

Præf byter

Quod puerum Centurionis paralyticum
curauerit Matthæi. viij. Luce. viij.

1 Inde recedenti: supplex se protinus offert
Centurio: ⁊ ꝑcibus proiectis talibus orat
Impubis pueri cruciatur spiritus eger
Cuius cuncta tepens membroꝝ munia languor
Dissoluit: vitamq; tenet iam ꝑcna supstes
Sed iussu miserere ꝑcor: nam tecta subire
Crimina nr̄a vetant: vitę lucisq; parentem
Nunc x̄bo satis est iubeas remcare salutem.
Subiectos mihi sepe viros: sic nostra potestas
Officijs verbo iussis parere coegit
Dixerat Ille viri motus ꝑcibusq; fideq;
Talia conuersus populo dat dicta sequenti
Haud vnq; talem memini me gentis auitę
Inuenisse fidem: sed veris discite dictis
Q̄ multos homines diuersis ꝑtibus orbis
Progenitos: cęli regnum sublime vocabit
Cum patribus nostris vitali accumbere mensę
Progenies quoz cęcis diuersa tenebris
Dentibus horrendum stridens: fletuq; frequētans
Perpetuis ꝑcnam cruciatibus acta subibit
At tibi iam: iuuenis mentis x̄tute fidelis
(Ulc credis) veniet fructus cum luce salutis
Dixerat: ⁊ dicto citius cum voce loquentis
Ad puez celeris percurreunt munera verbi
Ingressusq; domum miles ꝑperante recursu
Pręuenisse dei letatur dona incedentis
Socrum Petri febricitantē tactu liberauit

Iuencus

Matthæi. viij. Marci. p. Luce. iij.

Des inde petri sanctus penetrabat iesus
Cuius anhela socrus: estu febriq; iacebat
Utq; illi dextram tetigit saluator iesus
Sana ministerium præbebat femina mensis:

Incipit liber secundus Iuenci presbyteri

De plurimis curatis & scriba volenti eum sequi dicit
non habere filium hominis ubi caput suum reclinet

Matthæi. viij. et Luce. ix.

1 Anq; dies: prono decedens lumine: pontum
Inciderat: furnamq; sup nox emula pallam
Sidereis pictam flammis: p inane traherat

Cum multos hoies: mentis languore ruentes
Deiunctasq; aias scelerata demonis arte
Certatim populi cæca iam nocte ferebant
Sed xbum christi. tanto languore remoto
Omnibus indulgens: præbebat munera patrio
Ecce sed exortus maior cum luce tumultus
Gratantis populi: cum turbis anxiis ille
In mare veliuolum celsam deducere iussit
Discipulis puppim: pæibus tum scriba pfulsis
Nauigio sancti pariter poscebat abire
Illi christus ait: quo me tu scriba sequeris
Vulpibus in saltu rupes excisa latebram
Præbet: & acreis aumbus dat silua quietem
Ast hominis nato: nullis succedere rectis
Est licitum. gentis sic sunt molimina vestre

Præbiter

Iesus discipulo præcipit ut eum sequatur. pa-
tre inhumato relicto **Mat. viij.**

Cuncte discipulis vnus sic orogabat
Ultima defuncto debentur munera patri
Hinc spacium tribuat nobis tua sancta voluntas
Ut liceat miseri genitoris condere corpus
Christus ad hæc: callem potius comitabere nr̄m
Et sine defunctis defunctos condere terra.

Iesum in naui dormientem excitant discipu-
li ut tempestatem sedaret
Mat. viij. Marci. iij. Luc. viij.

Conscendūt nauem: ventoq; inflata tumescūt
Vela suo: fluctuq; volat stridente carina
Postq; altum tenuit puppis: consurgere iras.
Pontus: 7 immensis hinc inde tumescere ventis
Ventoꝝ rabies: mixtis hinc inde pcellis
Cepit: 7 ad cælum rapidos sustollere montes
Pontus 7 abruptos tollit trans sidera montes
Et nunc mole ferit puppim. nunc turbine prozam
Illisq; sup lateꝝ tabulata receptat
Fluctus. disiectoq; aperitur terra profundo
Interea in puppi somnum carpebat iesus
Illum discipuli pariter nauteq; pauentes
Euigilare rogant: pontiq; pericula monstrant
Ille dehinc: quam parua subest fiducia vobis
Infidos aios timor irruit: inde procellis
Imperat: 7 placidam sternit sup equora pacem
Illi inter sese timidis miracula miscent
Colloquijs Que tanta sibi est permilla potestas

Iuuenius

Quod vel sit imperium cui sic freta concita ventis
Erectæq; nimis submittant colla procelle

In terra gerasenoz demonia expellit ab ho-
mine quibus nomen legio et in porcos mittit

Matthæi. viij. Marci. v. Lu. viij.

1 Am gerasenoz steterat sub littoze puppis
Ecce sed egresso iuuenis (mirabile dictu)
Ocurrir. miseram cui mentem spiritus ater
Horrenda implebat lacerans & tute furoris
Illi grata domus: tetris habitare sepulchris
Nec poterat rabidum quisquam retinere furorem
Ferreâ quinetiam rumpebat vincula membris
Scindebatq; graues vt lanca fila catenas
Et iam compedibus leuis: insultare soluto
Ludus erat: saxiq; ferum concidere pectus
Istq; vbi pergentem christum p littoza vidit
Cum clamore ruit: longeq; accurrit ad orians
Regnantis semper dñi certissima proles
Oramus: solite ne nos regionis ab oris
Executias: longe tormentis excruciatos
Nam nomen legio est nobis: multosq; sub vno
Noie consociat flatus vis sola nocendi
Cernis vt immundi subigunt hęc pascua porci
His saltem liceat rabiem satiare repulsam
Per patris alti throni nomen sublime rogamus
Imperat ihs: hominis mentem dimittere christus
Porcorumq; finit gregibus finire furores
Jamq; hois stupidum discusso demone pectus
Insuperata sue veneratur dona salutis

Presbyter

Et iam precipites: scopulorum margine porci
In mare delecti. properant disperdere vitam.
At vero e speculis: miracula tanta pauentes
Diffugiunt: vrbisq; ruunt ad tecta subulci
Et famam spargunt populosq; ad littora cogunt
In sanum vero iuuenē postq; resipisse
Credere cernētum populorū turba coacta est
Orabant pauidi regionem liqueret illam

Iesus paralytico sanato iussit ferre lectum

(Mat. ix. Mar. ij. Lu. v. Joānis. v.)

1 **I**n de domū repedit terrarū lumen Iesus
Ecce reuertenti: iuuenis torpentia membra
(Officiū quoꝝ morbus dissoluerat acer)
Ante pedes ponunt: tepido recubantia le. to
Quem miserans aīo: verbis compellat iesus
Assit certa tuę iuuenis constantia menti
Nam tibi præterit? vitę donabitur error
Hoc dictū scribę: mentis per operta malignę
Carpebant: q; verba dei virtute ferenda
Protulerat christus: sed pectora talia cernens
Hoc inquit verbum scribarū dicta retrectant
Quod quantum facile fuerit dixisse: sequentis
Et dicti ⁊ facti pariter virtute probabo
Ut mihi concessum peccata remittere cernant
Quapropter iuuenis firmato corporis vsu:
Surge vicens: stratūq; tuū sub tecta referto
Surrexit: lectūq; humeris iam fortibus aptat
Per mediūq; vicens populi mirātis abibat
Tunc timor et laudes domini: per pectora plebis
Concelebrata: simul miracula læta frequentant.

Iuuenius

Matheū ad ap̄latū vocat **Mat. ix. Mar. ii. Lu. v.**

p Rogrediens tunc inde ad vectigalia: vidit

Concessu in medio mat theum: protinus illi

Discipulis herere iubet: nil ille recusans

Imperio chusti parer: gaudetq; sequutus.

Vocatio philippi ad ap̄latū. **I**esus dicit **Ma-**
thanaeli vidi te sub ficu. Ioānis primo.

i Ad iter ingrediens: simili sermone **Philippū**

hortatur: comitemq; suis ascium amicus

Ille vbi cognouit chusti viresq; viamq;

Tum primum iusto concurrir **Mathanaeli**

En nostris inquit concessum est visere sc̄clis

Quem voc es veterz ⁊ sancti cecinere prophete

Hunc genuit veniens dauidis origine **Joseph**

Nazara cui sc̄lix patria est ⁊ nomen **Iesus**

Ille refert genuit quicq; si **nazara** (miros)

Quod dignum tantis vnq; virtutibus esset

Inde **Philippus** ait: **C**ernis dubitare quiesce

Progrediensq; vide. nam oculis spectare licebit

Illū vbi tendentem longe respexit **Iesus**

Uir ait hic iustus: cui pectora nescia falsi

Virtutem puram seruans: sine fraude maligna.

Ille sub hęc. vbi nam vel quo me tpe nosti

Cui dominus dicta hęc diuino pectore promit

Cum te diffusę tergerent vmbacula ficus

An te etiā quam te vocitarent verba philippi

Vidit ⁊ elegit comitem te spiritus auctor

Talibus attoniti sequitur vox **Mathanaelis**

Progenies veneranda dei: rex indlyte gentis

Præf byter

Tu populis terræq; salus: vitæq; magister
Christus ad hæc. facilis suasit tibi credere x̄tus
Arborea q; te vidi recubare sub vmbra
Sed maiora dehinc rex miracula restant
Cernetis pariter totum se scindere cælum
Atq; dei celeres æthram penetrare ministros
Inde hoīs nato: claram deferre coronam

Iesus vocatus ad nuptias z discipuli eius de
aqua fecit vinum **I**oannis. ij.

1 Interea thalamis cōnubia festa parabant
In regione chanaan: vbi mitis mater iesu
Cum nato pariter conuiuia concelebrabant.
Vina sed interea conuiuīs deficiebant
Tum mater christum p talia dicta precatur
Carnis leticię iam defecisse liquorem
Assint nate bonis ex te data munera mensis.
illi respondet terrarū gloria christus
Festinas genitrix. nondum me talia cogit
Ad victus hoīm: tempus concedere dona
Mensarū tunc inde vocat letata ministros
Mater: z imperijs nati parere iubebat
Sex illic fuerant saxis præpulchra cauatīs
Vascula: quę ternis aperirent ilia metris
Hęc iubet e fontis gremio complere ministros
Præceptis parent iuuenes: vndasq; coronant
Complectis lapidum labijs: tum spuma p oras
Commixtas vndis auras: ad summa volutat
Hinc iubet vt summo tradant gustanda ministro
Ille vbi percepit venerandi dona saporis

Iuencus

Mescius in vini gratum transisse liquorem
Egestas nuper puris de fontibus undas
Increpat ignaz sponsum: q pulcra reseruans
Deteriora prius p mensas vina dedisset
His signis digne credentum discipuloz
Perpetua stabili firmavit robore mentem

Iesus emetes et vedentes eiecit de templo

[Mat. xxi. Marci xi. Lu. xix. Jo. ij

1 **I**nde ubi iudcis aderant solēna pasche
Ad solymos direxit iter: templumq subibat
Repperit hic populum: venalia multa locantem
Pars vendebat oues: ps corpa magna iuencum
Pars inbians nummis: mensas onerauerat cre
Restibus hic christus connectit verbera flagri
Et tales populos sancta pturbat ab eade
Et mensas vertens: crisq pfudit aceruos
Et sup increpitans: pcul hęc auferre pphani
Ut meus hic genitor: nō sordida lucra colantur

Iudai a iesu signum petebant

Joānis. ij. Mat. xvi. Marci. viij.

† **U**nc poscens signum plebes iudca fremebat
Quo fidens: aios in talia facta leuaret
Ventura obscuris tunc christus talia miscet
Solute pollutis manibus venerabile templum
Hoc ego restituiam: cum tertia lumina solis
Incipient: rutilum terris infundere lumen
Hoc inter sese tractantes: murmure ceco
Illud aiunt: vix sex 7 quadraginta p annos
Constructum veteris regni molim ine templum

Presbyter

Tu poteris tribus in spacijs renouare dierum
Hoc verbum quondam post tempora debita: digni:
Cognouere viri: proprio de corpore christum
Delubrum dixisse dei, sed signa videntes
Tum multi cepere fidem: sanctumq; sequuti

Christus Nicodemo dicit de baptismo & alijs
multis **C**hoannis. iij.

n **D**ete sub obscura: cælo sublatus honore
Primorum procerum iudæi nominis vnus
Veni: et ad christum submissa voce profatur
Haud dubium est: quin larga dei te sancte voluntas
Humanis lucem concessit surgere rebus
Nec quisq; tantis tribuit miracula signis
Nicomitata dei iubeat splendescere virtus
Christus ad hæc: callis iusti sic culmina queris
Nullus ad excelsum poterit conscendere regnum
Reddita ni penetret nascendi exordia rursus
Atq; nouã capiat diuino munere vitam.
Ille autem tantis stupefactus corde loquelis
Hoc inquit nostrę non est comprehendere mentis
Quis poterit ceptę reuocare exordia vite
An rursus senior matris correptet in alium
Vt nouus in lucem veniat, vitamq; reuoluat.
Ille sub hæc liquido si quis de fonte renatus
Et flatu sancto rudibus consistere membris
Ceperit: etheream liber conscendit in aulam
Terrenū corpus terreno corpore natum
Spiritus haud aliter similem generat sibi flatum.
Spiritus hic deus est: cui parent omniamundi

D j

Iuencus

Hic cum vult: quocūq; volat vocemq; p̄ auras
Factat: sed nescis q̄ sint exordia vocis
Quāq; petant eius currentia flamina partem
Quisq; igitur istę reperit primordia vitę
Hunc similem sancti flatus: reuigescere certum est
Et iudęus ad hęc. nil horū cernere possum
Talia tñ christus Solymoz̄ magne magister
Israclitaz̄ sublimis gloria gentis
Tu ne etiā mentem vitę de lumine raptam
Demerges p̄ccps: furuis miserandę tenebris
Nec potes obtuso comprehendere talia sensu
Ecce fides nulla est: tantum terrestria dixi
Quid si cęlestis vires conscendere sermo
Ceperit: 7 superas rez̄ comprehendere formas
Quis vīm: duram poterit mihi p̄dere mentem
Accipite ergo nouis q̄ sit sententia rebus
Sidereum nullus poterit conscendere cęlū
Hi sol' cęli qui missus venit ab aula **¶** Ephe. iij
Jdē hoīs natus: cęli qui in sede moratur
Et serps̄ oli vastę regiōis i oris **¶** M̄c. xxi Jo. viij 7
Moyses manibus summo sublatus honore **(xj)**
Sic hoīs natum tolli in sublime necesse est
Et quicunq; fidem mentis penetrabilibus altis
Illius ad numen statuet: sub turbine scęli
Coculcet pedibus lętum: trans sidera surgens
Sublimis capiet tōnum inuiolabile vitę
Namq; deus mundum tanto dilexit amore
Eius vt in terras descenderet vnica proles
Credentes dño vitę iunctura perenni
Nec deus hunc natum disquirere iure seuro

Presbyter

Judicio ve truci: terras expendere misit
Micia sed populis veniant vt munera vitę
Namq; vbi certa fides fuerit complexa salutem
Non erit vlla illic anceps agitatio iuris
Nisi vbi dona procul fuerint exclusa medelę:
Nam propria ipsorum mentem damnatio torquet
Unica nam domini fuit ijs incognita proles
Aduentum lucis miseri fugere superne
Et magis amplexi cęcas tenuere latebras
Sic quicumq; malis mentem maculauerit actis
Ad tenebras pauidus refugit. ne lumine claro
Sordida pollutę pateant contagia mentis:
At quicunq; pię tenuit vestigia vitę
In medium pperat: lucemq; nitescere gaudet
Splendeat vt clavis virtutis gloria factis
Jesus tū muliere samaritana loquit Jo. iij

1 Ad galilęā reperit saluator iesus

Pretērens sed forte venit samaritida sichen
Illic fundus erat: iacobi de nomine pollens:
Et puteus gelido demersus in abdita fonte.
Sederat hic rapido seruator anhelus in cęstu
Discipuliq; cęcas mercantis membris vrbis
Passim dispersi: solum liquere magistrum.
Membus egrediens samaritis femina venit
Extractura cauis pueri penentralibus vndas
Olli christus ait. laticis da femina potum
Respondens mulier: Mirum mihi precipis inquit:
Ut tibi iudęo: mulier samaritida potum
(Dispennens veterum samaritū iussa) ministrem
Tum seruator ait. Domini si munera nosseo

D ij

Iuuenius

Et quis te sitiens: putealia pocula poscat
Tu potius peteres: viua tibi traderet vndam
Illa sub hec: Puteus gremium sinuatur in altum
Arceus est nullus: nec sunt tibi vincula funis
Unde igitur poteris vndam mihi tradere viam
Nam tu maior eris nostri & tute parentis
Hoc iacob etenim puteo cum prole bibebat
Et puros huc sepe greges apud pocula duxit
Illi rñdit mundi regnator iesus
Ex ista plene nullus satiabitur vnda
Nam rursus siet: sed nostri dona liquoris
Ardeorem excludent eterna in secla bibendi
Dulcia puenient nostri cui pocula fontis
Largior vnde fluet vitalis gratia fluctus
Sed desiderium nostrę si te capit vnde
Excitus veniat tecum mox vrbe maritus
Coniugio sese mulier negat esse reuinctam
Tunc si prosequitur mentis perspector iesus
Femina veridicis loqris de coniuge verbis
Nam tu connubijs nexa es iam quinq; viroz
Nunc aliena super thalamoz vincula tollis
Tum mulier: sanctum te certum est esse pphetam
Sed nostri istius venerandum montis in arce
Preceptum nobis quondam liquere parentes
At vos in solymis orandum dicitis oris
Talia dicenti: mox talia reddit iesus
En aderit tempus: monitis cum vertice vestri
Omnibus 7 solymis aberit veneratio longe
Sed nunc certa salus iudęis surgit ab oris
Et nunc instantis cursus iam tps vrget

Prelbyter

Cum veri sanctum genitorem: errore remoto
Cultores: iustis armati legibus orent
Spiritus ihs ac plena fides erit: et pater altus
Talia conquirit cultorum pectora: terris
Illa dehinc Scimus quod christus nuncius: orbi
Aduento proprio vitalia secula pandet
Et tunc peccantium largus miserator iesus
Se lumen terris christum venisse fatetur
Et iam discipuli reduces: stupuere magistrum
Quod secreta patris potiretur femina xbis
At sperans vitam mulier fontem, prope liquit
Et populum totis eduxit membris urbis
Dia nam memorat, sibi met sermone, prophete
Gesserat ipsa prius quaecumque ex ordine dicta
Tum prope christum fuisse petiere ceterum
Discipuli interea rogitant ut sumeret escas
Ille satis sibi pulchrorum superesse ciborum.
Respondit: sed tum mirantum discipulorum
Inter se occultis currebat sermo loquelis
Forte aliquis prior hic epulas dedit ante magistro
Nostras, ut merito satiatus respuat escas
Ille sed interne cernens motumina mentis
Hec mihi sunt epulae: pectus satiabitur istud
Si faciam magni genitoris iussa pro orbem
Quattuor hinc menses: letum ad primordia messis
Frugiferum: estati certe superesse putatis
Erigite ergo oculos: albentes cernite campos
Cunctaque maturam iam rura exposcere messem
Nunc quicumque metit: pulchri mercede laboris
Vitalique dehinc gaudebit fruge rediens

D iij

Iuuentus

Et sator excipiet messorum gaudia letus
Vos ego nunc miserauidam succidere messem
Quæ non est vestro sulcis inserta labore
Vos aliena bonæ ditabunt munera frugis
Talibus alloquens: comitum dum pectora complet
Ecce samaritanum populi venererogantes
Exorantque illic geminos expendere soles
Jamque fides multos plebis fundauerat alta
Nec iam femineis tantum concedere verbis
Ipsos sed coram virtus manifesta docebat
Venisset seculi quam saluator iesus

Filium reguli a morte liberat

Joannis .iiij

1 Anque galilæam remeauerat in regionem
Quondam ubi fontanas vino mutauerat undas
Regius hic iuuenis (cui natum morbus anhelos
Ardore: extremis vitæ torrebat in oris
Comperit ut christum certo remeasse recursu
Aduolat: et precibus sobolis pro sorte profusus
Orabat. celeris deposcens dona salutis
Ne pius ad letum natus traheretur acerbum
Christus ad hæc Signis nisi suadeat omnia virtus
Non erat vlla fides: sed perge et sospite vita
Edibus in vestris dulcem complectere natum
His verbis: fructum mox perceptura salutis
Dulchra fides: animam letanti in pectore firmat
Jamque iter ingresso: sperantibus obuia seruis
Muncia fama venit: puero resonatque iacenti
Limine de mortis subitam remeasse salutem
Ille ubi cognouit certum concurrere tempus

Presbyter

Sanantis christi xbis tunc seqz domumqz
Mancipat: amplexus fidei venerabile donum

¶ Jesus phariseis murmuratibz de iuuio pub
licanoz, dicit non opus esse sanis medico

¶ Mathei. xi. Marci. ij.

Forte dies, epulis multos faciauerat vnus

Publica conductis qui vectigalia lucris

Professi rapiunt: alieno noie predam

Hos cum discipulis simul accipiebat iesus

Ecce pharisei occulto reprehendere risu

Quis legis doctor conuiuia talia iniret

Ille sed inspiciens quid pectora clausa tenerent

Non inquit medicis opus est: vbi fortia membra

Intemerata salus vegetat: viresqz ministrat

Egris sed merito miserās adhibenda medela est

Discite nunc saltē iubeant quid xba pphete

Non ego sacra magis qz mitia pectora quero

Haud etenim iustos veni ad directa viantes

Sed reuocare malos peccantium a limite gressus

¶ Discipulis Joānis interrogatibz, quare non
ieiunaret discipuli eius parabolā pponit panni
scissure et utris ¶ Mat. ix. Mar. ij. Lu. v.

e Ecce sed e numero mirantum munera christi

Vnus ioannis qrebat discipuloz

Cur ipsi legis ieiunia crebra tenerent

Nullaqz sub christo plebes ieiunia ferrent

Christus ad hec contra placido sic ore profatur

Qui sponsi letis comitantur vota choreis

Non presente illo: ieiunia tristia portant

Jamqz dies aderit: cum sponsus turbine secli

Iuuentus

Ex medio comitum rapietur: tristibus illi
Tuncq; dabunt aīos lachrymis: horrore ciborum
Languida concipient animis. ieiunia flentes
Quam stultum est. rudibus veteres subtexere pānos
Uestibus: ut turpis peius scissura notetur
Utribus aut calidum tritis cōmittere mustū
Quis ruptis: totum sequitur disperdere vinum
Utribus est rectum rudibus spumātia. musta
Condere: sic vinum conseruant fortia vasa:

† Filiā Naxi principis: dū vadit suscitare. mu-
lierem a profluuio sanguinis sanat

† Matthei. ix. Mar. v. Luce. vii

† Alia tractanti: perculsus pectora luctu
Ecce sacerdotū princeps procumbit adorās
Et sibi defunctam (funus miserabile) natam
Implorat lachrymans. certamq; venire salutem.
Defunctę via poscebat munere christi.
Haud mora: cōsurgens sequitur seruator iesus
Progressos: mulier sequitur vestigia seruans
Quam languore graui bis sex labentibus annis.
Carpebat fluxus (lacerans sine fine) cruoris
Torquebant soluens moribus pallore virentem
Uiribus absūptis: et rota corpora fessa
Uisceribus siccis: fluxus sine fine cruoris
Pectoris hęc tacitā voluebat credula mentem
Arcana secumq; fide: iam certa tenebat
Ac tutum fessio fingeret q; corpore tabes
Extremā christi posset si tangere vestem
Hęc ubi per populum summi pendentia pepli

Dies byter

Fila manu trepida tractauit. protinus ille
Et causas morbi: credentia pectora cernens
Concessit celere tali cum voce salutem
Accipe quod meruit fidei constantia munus
Et mox constricto viguerunt sanguine vena
Postq̄ peruentum est vbi funera virginis ingens
Plangentis populi fremitus: clangorq̄ tubarum
Ultima supremę celebrabant funera pompe
Abscedant inquit tectis hęc tristia vestris
Namq̄ puella iacet placido diuersa sopore
Defunctam retur silentum quam nescia plebes
Talia dicentem: rudentem turba reliquit
Quod morte abruptam dixit dormire puellam
Sed christus lethi victor: viteq̄ reparator
Frigentis dextram dignatus prendere dextra:
Surgeremox iussit: miranda ad gaudia patris

CDuobus tectis oculi aperiuntur
Matthei nono

1. Ade reuertenti: clamor se protinus offert
Lumine captorum gressu labente duorum
Istis christus ait: Si credunt pectora vestra
Hunc virtute mea se reddet lumen ademptum
Illi firmato se credere corde fatentur
Tunc christus fatur: credentes cernite lucem
Nec cuiq̄ nostrū post hęc edicite nomen
Dixit sed p̄pere per gaudia tanta videntum
Ardoz inexpletus: famam per cuncta ferebat
Demonium mutum exiit: Et de turba que
ob miracula ad iesum confluxerat

CMatthei xi, Marci. vii. Luce. xi

E j

Iuuentus

a fferturq; de hinc iuuenis: cui rapta sonore
Demonis incurſu fuerat ſubſtantia vocis
Atq; propulſus vbi fugit de pectore demon
Confestim ſanę redierunt munera lingue
Talia mirantis populi ſtipante tumultu
Vallatur: cernens ſed milia tanta viroz **Marci. v^l**
Inzemit. vt ruris dominus cui paſcua leta
Innumere tondent pecudes rectoris egentes
Tunc ad diſcipulos depromit talia dicta
Quam letę ſegetes ruris per terga pateſcunt
Sed rarus meſſoz frugis ſuperatur aceruo.
Jam ſuper eſt dñm ſegetis depoſcere tante
Et ſua rura velit numero complere colentum

Ieſus duodecim diſcipulos cum omni
doctrina premittit.

Matthei. x. **M**arci. iij. z. vj. **A**nſe. ix.

b ec fatus. populo et omni delecta ſeorſum
Fortia conglomerat biſſeno pectora cętu:
Bis ſex conſociat fidoz corda virozum
Hos vbi delegit: preceptis talibus implet
Deuitate viam quam gentes perfidioſę
Et ſamaritarum fraudis veſtigia calcant:
Pergite qua patrij pecoris cuſtodia labat
Pergētes vobis: ſimilem mihi ſumite mentem
Et vobis ſubigat virtutem demonis atri
Sancta fides: curamq; piamq; languoribus aptet
Hę vires: nulla vobis mercede dabuntur.
Et vos haud aliter cunctis impendite dona
Non auri argenti ve domet poſſeſſio mentem

Presbyter

Nec vos nummorum subigat scelerata cupido
Non geminas vestes: nec plantis tegmina bina
Virtutis nudę cupiat seruare, minister
Ingressi muros vrbis: perquirite, semper,
Hospicio quorum par sit succedere iustis
Ingressiq; dehinc pacem sub tecta vocate
Si tranquilla domus fuerit pax illa manebit
Sin erit indignis habitantum moribus horrens
Diffugiet: vestrumq; habitum pax vestra sequetur
Excludet, quicumq; ferox vox limine tecti
Auribus aut duris spernet vitalia xba
Sin aduersa: dei famulos succedere tectis
Hospicijq; focos miscere granata vetabit
Excute egressu domibus vestigia vestra
Hęreat iniuste ne vobis portio vite
Illos deterior sodomorum pęna manebit
Supplicijq; veniet mundo cum terminus omni
Pergitis eni vt oues duorum pceda luporum
Sed vos arguto serpentum corde vigere
Simplicitate tñ puras superate columbas
Nam sępe incumbet vobis iniuria pęceps
Consilijsq; hoim consistunt corpora vestra
Vos flagris: vinculisq; feris: durisq; tyrannis
Frendens urgebit p me violentia secli
Cum vos tradiderint, xborum ponite curam
Sponte fluens: dabitur sermonis grā vobis
Spiritus in vobis: pro vobis digna loquetur
Tradet em fratrem: scelerata insania fratris
Ad letumq; dabunt genitorum corpora nati
Vos odio urgebunt semper pro nomine nostro

E ij

Iuuenius

Sed finem fidei. comitatur gloria vite
Profugite e tectis (que vos sectabitur) vrbis
Inde aliam: mox inde alia: conquirite sedem
Nam vobis vrbes semper supesse necesse est
Israelitarum que dent sub noie plebem
Discipulus nunquam transcendat celsa magistri
Culina: nec dominum tentat precellere seruus
Discipulo satis est: vires equare magistri
Vel domini similem virtutem prendere seruo
Pectoribus vestris: semper timor omnis aberret
Nam nudata suis promentur cuncta latebris
In tenebris facite vobis quecumque iubentur
Dicite preclaro nitidi sub lumine solis
Auribus et vestris dicam quecumque susurrans
Excelso in populos spergantur culmine tecti
Despicite illoz rabiem qui corpora vestra
Prosternent ferro: non est ihs vlla pars
Viuacem leto pariter demittere mentem
Illum sed potius cordis secreta pauescant
Corpis est atque simul cui lata pars
Palceribus precium nummi vix portio parua
Proueniet: non est tamen vnum credere dignum
Hi iussu domini laqueos incurrere vestros
Quis dubitet sapiens: domini sub pectore multis
Cedere pennatis: hominem pro milibus vnum
Qui me confessus fuerit sub iudice terre
Hunc ego non aliter coram genitore fatebor:
Sic itidem coram genitore negabo negantem
Non ego nunc pacem terris immittere veni
Sed gladium: patrio dirimat qui pectore natum

Presbyter

Et dulcem natam dirimat qui pectore matris
Si quis amore meo: genitorem pluris habebit
Vel matri sobolive meum postponet amorem
Sentiet horribilem nostra de sede repulsam
Contemnet quicumq; aiam pro noie nostro
Inueniet leta florentem fruge salutis
Qui vos suscipiet me suscepisse benignis
Obsequijs: idem me p genitore supremo
Suscepisse sibi gaudebit: perpete vita

Ioannes de carcere ad iesum et Iesus de ioã
ne ad turbas loquitur.

Matthei. xi. Luce. viij.

t Alia discipulis bis sex: cum iustia dedisset
Iustus ioannes cecis de carceris vmbria
Sectantum e numero delectos: talia dicta
Ad christum portare iubet: veruinq; referre
Tu ne pijs animis requies quam regia celi
Pollicita est terris: nostro sub tpe fulges
An aliam sup est post hec sperare salutem
Talibus hec chustus dictis mandata remittit
Cecoz tenebre mutantur lumine lucis
Debiliuq; vigent fir mato robore membra
Lurida discutitur squamoso corpe lepra
Aerie vocis penetrat: surdas sonus aures
Redditur amissa leti post funera vita
Ad corpus resseãno: aie iam libera vtus
Depositum repetens aie substantia corpus
Pauperibusq; suis non dedignata patescit
Fulgentis splendens aduentus gloria terris.
Ille beatus erit quem non deceperit error

E iij

Iuuentus

Talia discipuli referunt mandata magistro:
Hoc sup: ad populū depromit talia christus
Quur in deserto voluistis visere nuper
Stramen arundineum: vento vibrante moueri
Cur etiam molli vestitum veste videre
In domibus regum molli cum veste tenentur
Fatidicis longe preponitur ille prophetis
Ut veteris quondam cecinere oracula scripti
Hunc etenim memorat venerandę lectio vocis
En ego mitto meū stratas aptare mistę Malachie ij
Ante tuos vultus. genuit nec femina quenq̃
Maior ioannis nostri qui viribus esset
Sed minor hoc: celi fiet sublimior: aula
Huius ab exortu: vim cęli regia sensit
Et celi regnum violentia diripit atrox
Lex omnis summam baptistę a tpe cepit
Atq; pphetaz finis conclusus eodem
Si vultis volucris penetralia noscere scęli
Ipse est ioannes scęlix venturus in euum
Corpus ioannis scęlix habitabile sumpsit
Helias quondam. quę turbine mista comasco in Re. ij
Flammipedū rapuit simulatio quadrijugoz
Audiat hęc: dictis pandens vitalibus aures
Confessio iesu ad patrem. et iugum
domini leue esse
CMatthei. xi. Luce. decimo
nunc tibi confiteor genitor: cui gloria seruit
Fulgentis cęli: 7 terraz frugiferentum
Celasti nunc q̃ sapientibus ista superbis
Paruulaz infancumq; vis hęc compicendere corda.

Presbyter

Jam mihi regnantis sunt oia tradita patri
Nec quisquam poterit dñi cognoscere natum
Mi solus genitor: genitorem mente videbit
Filius: aut idem pandet cui talia natus
Huc oēs veniant: oneris quos sarcina vasti
Comprimat: ijs poterit virtus mea munere patri
Antiquas vires hilari reparare quiete
Sumite forte iugum: leuis est mea sarcina iustis
Namq; humili dulcem largitur corde salutem

Discipuli spicas vellunt
Matthæi. xij. Marci. ij. Lucæ. vi.

h ec ubi dicta dedit: messis pulta grauare
Præterit: et populus sectantum discipulorum
Spicarum grauidam carpebat in ordine frugem
Ille dies veteri poscebat lege quietem
Sabbata nam priscis repetebant oia iussis
Ecce pharisei coram reprehendere christum
Qui sanctę legis calcarent iussa metentes
Discipuli: legum sed tunc completo: Jesus
Incipit ihs: veteris scripti monumenta retexens
Legistis certe: in templo dauida canorum **Primo Re. xxi**
Cum populo quondam panes sumpsisse sacros
Et propriam: comitumq; famem sedasse: sed illos
Illicitum cuiq; fuerat contingere panes
Sumere quos solus poterat de lege sacerdos
Eiusdem scriptum est: iusto moderamine legis
Vates in templo sine crimine festa profanant
Nec minor est istic: vestre glomeratio turbe
Quam templi virtus: caperent si pectora vira **E. iij**

Juuenius

Si non sacra deus: sed inallet miria corda. O seq. vi.
Non tam sepe viros damnasset factio sacros.
Exper tes culpe: sed nunc ego sabbata cuncta
Sponte mea dominans: legis sub iure tenebo

Manum aridam hominis sanat

Matthei. xij. Marci. iij. Lu. vi.

¶ Hinc conuenticula illoz: post talis dicta
Ingreditur anox hic iuuenem p. lumine cernit
Siccatum ex humero cui pondus inutile palmę
Pendeat. sed tum dictis tentando de losis
Egris anticeat p. sabbata ferre incedam
Querunt: calcate vt legis vindicta maneret
Christus ad hec. foueam si forte pecuscula vestra

Inciderint: certet transibitis oia legis
Et pecus abrupto tolletis vile profundo
Quanto igitur nobis hoim curatio maior
Ad benefacta aios tollens: accendere debet
Ergo age tu iuuenis rediuiua extendito dextram
Cum dicto palmas sanas pouerit vtrasq;

Hominem a demonia recum et mutum
curat. et in principe demoniorum id facere
opinantes refellit

Matthei. xij. Mar. iij. Lu. xi.

¶ Stum pro signis quem vix veneratio posset
Mirantis digno populi sustollere cultu
Concilijs fructibus conelamant decipiendum
Talia prospiciens procez molimina christus
Discessit: varijs hoim languoribus aptat
Concessam in populis prima xruce medelam
Oblatusq; ibidem mox demonis horrida virtus

Diel byter

Et lingua z visa truncatum: viuere pēnē
Et p̄p̄iis escam cruciatibus esse volebat
Hunc ubi curatum: visuq; z voce vigentem
Ecce phariseę cognouit factio gentis
Demonis auxilio (qui princeps dēmonioꝝ
Solus nequicię vires ditione teneret)
Hęc illum fecisse ferunt: sed talia christus
Veri dicis aperit conuincens pectora v̄bis
Si gemina regnum distractum p̄te debiscat
Et scissa aduersum sese diuisio pugnet
Disruptis p̄pere labentur cuncta medullis
Horridus z dēmon: si dēmone pellicur atro
Adversa sibi met scissus h̄rute repugnat
Quis poterit p̄dā: tectis auferre viroꝝ
Mai prius aggressor: custodum brachia nodis
Vinciat: z facilis veniat direptio p̄dę
Quisq; meis aberit discretus miles ab armis
Hostis in aduersa consistet fronte duelli
Quisq; meis gregibus cogendis liber: oberrans
Disijcet ille mei p̄ccoris p̄deuia pastus
Sed quicūq; hoīm fuerit: sup oibus error
Dimitti poterit: tm̄ ne sp̄s vnquam
Vocibus insana laceretur mente p̄fulis
Sive furens: hoīs nato conuitia quisquam
Ingerit: hęc etiā poterunt peccata remitti
Sp̄s at sanctus tm̄: cuiūq; p̄phana
Verboꝝ rabię violabitur: irreuocatis
Supplicijs nunc z semper torrebatur ignis
Quando veneni feri serpentis s̄ua p̄pago
Sermonum dulci poterit mitescere fructu

Iuuentus

Nam bona thesauris promuntur dulcia iustis

Et mala letifero pcedunt ore venena

Verboꝝ meritis veniet: sub iudice pena

Verboꝝ meritis: dabitur sub iudice vita

C Super hoc Quęcūq; pater fecerit. hec z filius
filiter facit. z quia venit hora z nūc est quādo zc

Item Scrutamini scripturas Moyses accusat
vos si crederetis moyfi crederetis forsitā z mihi.

Joannis quinto.

¶ Ue genitor faciet: sectabitur oia natus

Nam idem nato manifestat cuncta videnda

Et potiora dehinc tribuet miracula rez

Sicut em genitor emor tua corpa reddit

Ad claram vitę lucem: sic oia natus

Quę volet ad superos surgentia corpa ducit

Nec genitor: quęnq; vrm se iudice quęret

Sed dedit hęc nato quęredi iura p orbem

Gloria quo maneat similis natoq; patriq;

Namq; repulsus erit vestro si natus honore

Improbitate pari genitorem despicietis

Sed cui nostra fidem sermonis gratia figet

Nox me mittentis genitoris dona videbit

Eternamq; dabit pns constantia viam

Judiciumq; illi non est: sed migrat ab atra

Morte procul: lucisq; vicens ad limina tendit

Adueniet tempus quo mortua corpa vocem

Accipient nostram: z vitam cum voce tenebunt

Nam sicut genitor: vitam sibi possidet in se

Sic tribuit nato vitam. z ius dicere iussit

In terrio: hominis qm cum corpore venit

Propter

Nec vobis mirum videatur corpora cuncta
Vocis ad auditum: proprijs exurgere bustis
Iustorumq; aias rediuiuo corpe neci
Iudicioq; graui: miseros exurgere prauos
Nec mihi iudicium tribuet mea sola ptas
Arbitrio qm genitoris cuncta iubentur
Quime iusticiam terris disquirere iussit
Namq; ego si proprio testis p nomine surgam
Falsa loquar: aliusq; itidem qz testis habetur
Pro nobis recte mihi talia temnere fas est
Nam veris opeꝝ signis: manifestior omni
Luce nitet: pꝛesens nostris testatio factis
Talia concedens genitor: mihi testis adheret
Qui me demisit terris sua ponere iussa
Huius enim vocem: nunq; comprehendere quistis
Nec speciem ppriam concessit visere vobis
Nec sermo ipsius poterit p vestra sedere
Pectora: credendi qm substantia nulla est
Queratur vetez scriptoz lectio vobis
Perpetuam cunctis vitam quam ferre putatis
Hec etiã nostrum testatur lectio donum
Nec tñ audetis pprius consistere nobis
Ne verẽ vobis contingant gaudia vitẽ
Non mihi captatur terrenẽ gloria laudis
Namq; ego (q summi genitoris noie veni)
Respuitur vobis: veniet sed discolus alter
Noie quem fultum proprio: gens vestra sequetur
Alterne in vobis captatur gloria fame
Unius ⁊ solam fugitis disquirere laudem
Nec vos arguerim coram genitore: sed illic

Iuuenius

Accusator erit. quem spes modo vestra celebrat:
Moses quem fidei nullo seruastis honore
Eius enim scriptis: vester si crederet error
Crederet et nobis: moysi quem scripta frequentant
Phariseis signum petentibus Ione et nini-
uitarum signum tradit.

Matthæi. xij. Luce. xi. Marci. viij
t Alia tum contra. scribarum verba sequuntur
Vocibus indubitata fides comitabitur istis
Si virtus certis firmet miracula signis
Ille de hinc: polluta magis generatio q̄rit Deu. xxxij
Signa sibi: rebus stabunt sed signa futuris
Namq; ppheta: cauo quantum sub pectore ceti
Lpis absumpsit: terrę in penetralibus altis
Progenies hominis: tantum diuersa manebit
Adueniet tempus: qui surgit reddita vitę
Gens hoim: ppijs inflectum dedita gestis
Hęc istam digno damnabit crimine gentem
Q; maris e fundo surgētis voce pphetę Ionę. iij
Comonita: in lachrymas dñm pietata reflexit
Hic 7 ioneis monitis potiora iubentur
Cōtemnitq; feris animis gens impia lucē
Et regiā noti: vitales surgz ioras Cij. Re. x 7 ij. pat
Illius ad specimen damnabitur effera plebes (ix
Fimbis extremis libyę q̄ venerat illa
Ut salomona pium: pceptis dedita iustis
Audiret: potior nunc est salomone potestas
Et tamen obtusę cęcantur pectora plebis
Expulsus si qñ fugit de pectore dęmon
Quem turbat sanctus purgato corpore flatus

Prael hyltet

Ille venenatis collustrat passibus oras:
Qua nulla excurrit fontani gurgitis vnda
Si requiem placidę sedis non repperit ardens
Tum repetit suę sitiens habitacula mentis
At si forte suis obnoxia corda venenis
Ornatuq; leui ridentia limina cernit
Associat septem similes glomerãdo furores
His inimica homini: penetratq; in viscera serpens.
Sic genus hoc verosensu cum degener errat
Vincula ppetuis deslebit subdita penis
Matrem z fratres spernit et dicit ei irēm z fra
tres esse q̄ audiūt et faciunt verbum dei

CMat. xij. Mar. iij. Luce. viij

a Tę quum populis vitalia dicta frequentat
Pro foribus mater cum fratribus asticit illic
Et miscere foris sermonem cominus orat
Talia tum matris mādatis dicta remittit
Hic mecum genitrix: mecū germana residunt
Corpora: nam patria impletur cuiusq; voluntas
Ille meo pprium connectit sanguine corpus
Et matris generisq; mei sub nomine habetur

CSedēs in nauicula iesus: turbis parabolas
exponit primo seminantis.

Matthei. xij. Mar. iij. Luce. viij.

p Rogreditur templo: terrarum lumen iesus
Et maris extrema terręq; residit in ora
Innumeręq; illuc plebis fluxere cateruę:
Ille sed excelsam scandens celeri pede puppim
Littoza complenti depromit talia plebi.
Ecce sator proprio commendat semina ruri:

F i

Juuenius

Illæ cadunt diuisa solo: sortemq; locoꝝ
Pro virtute ferunt: etenim si vbi trita viarum
Sub pedibus solido densetur limite tellus:
Aeris aëbus dant nudam semina prædam
Ast vbi pertenni velantur puluere saxa
Farræ quidem viridem depromunt germinis ortum
Sed quia nulla subest siccis substantia glebis
Insero arescunt radicum fila calore
Cunctaq; mox apicum labuntur cacumina læto:
Semibusq; alijs contingunt aspera rura:
Sentibus hic spinisq; feris velocius exit
Roboris augmentum: frugemq; internecat angens.
Uerberibus vero quæ dantur semina glebis
Illæ ferunt pulchram segetem: cui læta frequentans
Incrementa sui: centeno copia factu
Audiat hæc aures mentis qui gestat apertas
Talia discipuli mirantes dicta: requirunt:
Implicitis populo quæ claudere omnia verbis
Ille sed admota credentum plebe profatur:
Vobis qui firmo robustam pectore mentem:
Ad capienda dei penetralia constabilistis
Concessum est: adytis penitus consistere regni
Illis pro merito clauduntur limina vitæ:
Si quis habet dignus: capiet potiora redundans
Qui vero expertes cælestis munera errant
Amittent etiam proprium quodcūq; retentat:
Hæcirco obscuris cooperta ambagibus illum
Promittitur in populū sermonis gratia nostri
Ut dictū Esaię merita de plebe recurrat: Esaię. vi
En populi mentis velantur ad omnia crassis.

Presbyter

Obicibus: sensu ne tangant munera vite
Turibus assistunt clausis: oculisque grauatis
Ne conuersa bono sanetur noxia plebes
Quam vestre nunc sunt aures oculique beati
Nam multi vetere iusti: sanctique prophete
Que vobis clarent orarunt cernere dona
Accipite ergo animis: quis sit de semine sensus
Quisque meum verbum: summas demittit in aures
Nec sensus recipit stabili precepta vigore
Eripit illius totum de pectore demon
Talis agro est similis duro: qui germina farris
Exponit rapidis aurbus sine fruge rapinam
Sunt alij: leto qui pectore nostra receptant
Sed breuis est illis: precepte gratia frugis
Nam si dura premat mentem strictura coercens
Continuo trepidi produnt sibi credita farras
His faxosus ager: simili leuitate virescit
At spinosus ager: curarum mole grauatis
Respondet. pressant quos pondera diuitiarum
Semina sic nostri sermonis pressa grauantur
Nec fructus sequitur spinarum horrore necatus
Pinguia sicutidem paribus stant viribus arua
Illis: qui clare capiunt precepta salutis
Que penetrant animam: sensu tractante tenaci
Centuplicem ferunt virtutis robore frugem
Hec cum discipulis plebique hec insuper addit

Parabola de tritico et zizania
Matthei. xiiij. et Marci. iij.

a **G**ricole simile est regnum sublimi tonanti

R **U**

Iuencus

Ille iacet pprio mandans bona femina ruri
Sed post subripiens (homini insidians) saporem
Trux inimicus adit: loliumq; inspergit amaz
Ecce sed ad fructum culmis cum spiceus horror
Processit: lolio mellis maculata redundat
Tum dño famuli mirantes talia fauntur
Nonne bonum terre semen p terga dedisti
Unde igitur lolio turpi tua rura grauantur
Sed iam si iubeas mellem purgabimus omnem
Triticusq; nitor selecta sorde nitebit
Tum dñs miti contra sermone pfatur
Hic dolus est inimice tuus: sed farras sinamus
Crescere cum lolio: pleno nam tpe mellis
Secretum lolium: connexo fasce iubebo
Igibus exuri: at nostro de semine mellis
Horrea nostra dehinc purgata fruge replebit

¶ Parabola de grano synapis

Mat. xij. Marci. iij. Luce. xij

b Aud aliter simile est (cordis si panditis aures)

Preparui grano regnū celeste synapis
Quod pprio insinuans disponit cultor agello
Seminibusq; illud minus omnibus esse virentū
Creditur: ac iusti mox vt crementa virois
Sumpserit: erecto transcendit vtrice cunctas
Agroz fruges: ramis vt plumea turba
Considat: possitq; vmbra habitare virentes

¶ Parabola de fermento Mat. xij. et Lu. xij.

f Fermento par est munus celeste salubri
Quod magna condit mulier sub mole farine
Illa dehinc modico fermenti mixta calore

Presbyter

Conducto. vnius coalescit corpore masse
Talia dum ppl'o perplexis pdita s'bis **Mar. iij.**
Promebat: veteris quo possent dicta pphete
Ordine secl'oz iussis concurrere rebus
Os aperire incum dignabor: condita mundi
Cōuoluet ructans varij sermonis imago **P̄s. lxxvij**
Inde tomum repetit sero: turbasq; reliquit

Incipit liber Tertius Iuueni presbyteri

Interpretatur discipulis pabolam zizanioz

Matthei. xij

F Uderat in terras: roseū iubar ignicomus sol
Discipuli rogitant: lolij quid questio vellet
Et segetis: clarus quibus hec depromit iesus
Optima qui farris commendat semina glebis
Filius est hoīs: mundum sub noīe ruris
Accipite: atq; hoīes puro p semine iustos
At lolium infelix: cooperti dēmonis arte
Sunt hoīes: inimicus erit vis horrida dēmon
Extremus mundi finis: pro tpe mellis
Messorēs patris veniunt p rura ministri
Quos hoīs natus: ppriū de corpe regni
Colligere erroris laqueos labemq; iubebit
Collectosq; simul rapidis exurere flammis
Dentibus his stridor semper: fletusq; perennis
Secretisq; pijs: veniet lux aurea vitę
Sedibus vt cęli vibrantur lumina solis

Prophetam in patria sua sine honore esse

Mat. xij **M**ar. vi **L**u. iij. **J**o. iij **R** iij

Juuenius

h Nec docuit: patriamq; redit saluator in orbem
Illic expediens populis (mirabile dictu)
Justicie leges vitęq; salubria iussa
Virtutes patrias: simul insinuando docebat
Tunc liuore graui plebes commota suoz
Presentisq; simul dñi miracula voluens
Et generis noti reputans ex ordine gentem
Hęc inter sese submissa voce volutant
Nonne hic est soboles fabri: cui nomē Joseph Jo. vi
Mō maria est genetrix: nō fratū nota ppago est
Unde igitur legis doctor: tantęq; minister
Virtutis cedit: cui labes victa maloz
Nazara sic plebes: cui talia reddit Jesus
Temnuntur pprijs miracula semper in oris
Et sine honore manēt: patria sub sede pphete
Talibus indignans: pressit sua munera christus

De Joānis capite in disco Mat. xiiij. Mar. vi. Lu. ix. et. iij.

1 Matera ad regem volitabat fama supbum
Quod mala cuncta illic x̄tus diuina domaret
Sed putat herodes: leti q; lege remissus
Tanta vt Joannes x̄tutis dona teneret
Nam quondam cernens: liuenti pectore demon
Erroris labem: puris q; solueret vndis
Iustus ioannes: damnis accensa maloz
Tunc petit herodem pestis sc̄uissima regem.
Et facile iniusti penetrans habitacula cordis
Accumulare feris subigit scelera impia gestis
Arserat: illicito herodes accensus amore

Prefbyter

In thalamos fratris: casto quod iure vetabat
Doctus iohannes: feritas sed nescia recti
Subiecit leges pedibus: fruiturq; nefandis
Connubijs: iustumq; super (q; praua vetabat)
Carceris immer sit tenebris: vinculisq; grauauit
Sanguine nam isti (promotio pressa timore)
Abstinuit sitiens feritas: q; magna prophetam
Plebis iohannem veneratio suscipiebat
Natali sed forte die: quum læta tyrannus
Herodes celsis strueret conuiuia tectis
(Luxurię quoniam coniuncta supbia gaudet)
In medio iuuenum: reginę filia virgo
Alternos latez celerans sinuamine motus
Compositas cithara iungit modulãte choreas
Ipse sed imprunis (mirata virginis arte)
Attonitus stupuit: tunc premia cuncta patere
Juratus spondet: quecunq; puella petisset
Illa sed horrende seruans scelera impia matris
Eliget iohannis caput a ceruice reuelli.
Et lance inferri presentia munera poscit
Presentum herodes procey sub pondere tristis
Jurandi q; memor iuris: tñ imperat egre
Infantis caput inferri tradiq; puellę
Illa nefas matris scelerata ad gaudia portat
Corporis at lacerum flentes sine nomine truncum:
Discipuli condunt terre: christumq; sequuntur
De quinque panibus et duobus piscibus satia
uit quinque milia uitorum
Mat. xiiij. Marci. vi. In. ix. Iho. vi.
I Elybi cognouit: iusti miserabile letum

Iuuenius

Deserit infantis pollutā sanguine terram.
Frondosaq; latet secretę vallis in vmbra
Sed populi immensę virtutis dona sequuntur
Ille vbi credentum turbas in valle remota
Conuenisse videt: morboꝝ tabe repulsa:
Corpora subiecit miseratus multa medelę
Jamq; sub extremo labentis lumine solis.
Discipuli christo suadent dimittere turbas
Ut sibi quisq; parat querens per compita victum
Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni
Discipuli ostendunt nihil amplius esse ciboꝝ
Ni pisces geminos: et farris fragmina quinq;
Hoc inquit satis est: tunc mox discumbere plebem
Gramineisq; thoris iussit componere membra
Suspiciensq; dehinc cęlum genitore precatō
Ipse duos pisces ⁊ quinq; ex ordine panes
Diuidit: et dapibus mensas oneravit opimis
Jamq; expleta iacet (dictu mirabile) plebes
Reliquiasq; de hinc mensis legere ministri
Bis senosq; sinus cophinorum fragmina complent
Cenatum numerus tum millia quinq; viroꝝum
Idęterea populus matrum fuit et pueroꝝum
Iesus super mare ambulat. et petrum mergen-
tem apprehendit

Matthęi. xiiij. Mar. vi. Jo. vi.

Discipulis tunc inde iubet conscendere nauem
Et transire fretum: donec dimitteret omnes
In sua quemq; viros: tunc montis celsa petiuit
Secretusq; de hinc genitoris nomen adorat
Jamq; soporata torpebant omnia nocte

Presbyter

Quum puppis medio sulcabat in equore fluctus
Factata aduerso surgentis flamine venti
Ait vbi iam: vigilum quarta statione p̄mebat
Noctis iter. rapidos attollens lucifer ortus
Fluctibus in liquidis: sicco vestigia gressu
Suspensus carpebat iter (mirabile visu)
Iamq; p̄pinquabat puppi: sed nescia nautę
Attoniti tremulo vibrabant corda pauore
Clamoremq; simul confusa mente dederunt
Tum pauidis christus loquitur: timor ois abesto
Credentumq; regat vegetas constantia mentem
En ego sum: vestre doctorem noscite lucis
Olli confidens respondit talia petrus.
Si tua nos vere dignatur visere virtus
Ne pariter permitte tuo super equora iussu
Fluctibus in liquidis immerfos figere gressus
Annuit his dñs. Maucem mox linquere petrus
Audet: et innixus figit vestigia ponto
Vex vbi tantarū mentem miracula rex
Terrificant: ventiq; minas crebescere cernit
Paulatim cędunt dubio liquefacta timore
Quę validum fidei gestabant equora robur
Iamq; simon medio submersus corpe clamat
Fluctibus horrendis pereuntem deripe christe
Dextera confestim protenditur obuia petro
Et dubitata fides: x̄bis mulcetur amaris
Ascensęq; rati contraria flamina cędunt
Pręsentemq; dei sobolem stupuere rogantes
Cuncti nauigio socij: quos casus habebat
Transierat tandem sulcans freta seruida puppis.

¶ j

Iuuenius

Optatumq; grauis comprehendat ancora portum
Conueniunt populi: rapido per litora cursu
Portantes egros. vestisq; attingere fila
Extrema exoptat: mirūq; hoc munere cuncti
Credentes: referunt plenā p membra salutem

**De manib; lauādis et de his que de ore exe-
unt que coinquināt nō que intrans in hoiem**

Matthæi. xv. Marci. viij.

e Ecce pharisæi scribesq; hinc inde dolosi
Captantes christū: promunt fallacia dicta:
Cur tua discipulos labare ferunt documenta
Præceptis veterum: manibus nam cura lauandis:
Præterit: assumuntq; simul cum sordibus escas
Ille sub hæc fatur magis hoc est querere dignum
Transgressi mādāta dei: quod proditis omnes
Māq; de? mortē defixa lege minatur **Leui. xx. Exo. xxi**
Si genitor cuiq; verbo ledatur amaro
Vel genitrix nati verbis pulsetur acerbis
Irrita vos ista facitis peruersa docendo
Quā manifesta vigent de vobis dicta pphetę
De populus summis labijs sublimat honore
Sed diuersa procul cordis secreta pererrant
Accipite ergo omnes: auresq; aduertite cordis
Non illata homini fuerint quecunq; pudendis
Sordibus aspergent: vitę ve aīo ve sedebunt
Erumpunt hoīm sed que penetrabilibus oris
In ternā miserę maculabunt edita mentem
Discipuli christo memorāt q; verba loquentis
Occulto traberent scribarum pectore risu
Ille dehinc: genitor plantarum semina noster

Prelbyter

Quę non ipse sui conseruit in equore ruris,
Abijciat: penitus radicibus eruta: longe
Cęcus forte ducem cęcum si nactus oberrans
Decidet in foueam pariter dimerlus vterq;
Tum petit absolui Petrus quid questio vellet
Ipse pharisęis quam mox scribisq; dedisset
Tum satorę eterne respondit talia vite
Vos etiam duro discluditis omnia corde
Iussa: nec admittit mentis dubitatio lucem
Nam quęcumq; hoim veniunt extrinsecus ori
In ventrem cedunt: aioq; incognita currunt
Quę vero interno concepta e pectore promunt
Ora hoim mentem pnt aspergine labis
Polluere: immundoq; hoim maculare piaclo
Secreto cordis promuntur noxia vite
Consilia: 7 cędes: 7 furta nefanda thoroꝝ
Et fraudes: fallaxq; hoim p testibus error
Et rabidę cęlum pulsans insania vocis
Hęc sunt quę maculant hoim: quę sordibus implent
Illotis autem manibus non palluit vnaquam
Corpis arbitrio: terrenum sumere victum
C Filia mulieris syrophenisse a demonio curat

C Mat. xv. Marci. viij.

hęc vbi dicta dedit: pulcherrima rura syroꝝ
Sidonem tyrumq; petit: quom femina fuis
Erinibus 7 precibus natam causata iacentem
Voluitur: 7 tacitum non deserit anxia christum
Orare: vt mentem veratam demone seuo
Redderet: 7 miserę tandem resipisse liceret
Tunc etiam precibus sectantum discipuloꝝ

G ū

Iuuentus

Respondit: proprias genitoris malle bidentes
Cogere: quas vanus late dispererat error
Credius instanti tum talia fatur iesus
Matis quisq; suis panem non detrahit vnq;
Et canibus iaciet: tum talia femina fatur:
Dicarum saltem canibus sua porcio mense
Decidit: atq; nihil dominoꝝ cena grauatur:
Tum dominus loquitur. veniant tibi digna salutis
Præmia: quæ fidei meruerunt roborata tantæ:
Talia saluator vobis ⁊ voce loquutus
Virginis et mentem: discusso demone x̄tus
Cōplexam impleuit: donis fecunda salutis
CSec? mare galileę claudos cecos ⁊ mutos sa-
nat. ⁊ de septē panib? ⁊ pauc? piscib? saturauit
q̄ttuor milia hoim. **C**Mat. xvi. Mar. viij.
I Ad galilæas repedit saluator in oras.
Præcelliq; procul montis consedit in arce
Haud mora. conueniunt populi: secumq; trahebat
Dars captos oculis. et vulgus debile crura
Elinguesq; alij: morbiq; vocabula mille
Omnibus ille tamē languores dempsit amarus.
Viribus et validis venerādo munere donat
Tum populi pariter miracula tanta frequentant
Eternosq; patri laudes gratesq; celebrant
Discipulos christus cogens in vertice montis
Secrete alloquitur. plebis miseratio multa est
Tercia nam terris remeant iam lumina solis.
Ex quo nulla sibi sumunt alimenta ciborum
Ieiunā nolim tantam dimittere plebem
Ne labor afficiat populos per longa viantes

Presbyter

Discipuli christo ostendunt. septem sibi panes
Esse. et pisciculos alimenta ad proxima paucos
Tum populum iussit terre p terga cubare
Quodq; fuit: totum proprijs decerpere palmis
Et cuncte curat mensatim tradere plebi:
Discipuli ponunt epulas. populusq; repletur
Ad faciē dapibus: relegunt mox fragmina panis
Et sportas referunt cumulado pondere septem
Quattuor ex omni fuerant tum milia plebis
Nec numero quisquā matres puerosq; notavit
De signo Jone pphete Mat. xvi. mar. viij Jo. vi
1 Ade Magedaz naui transcurrit in oras Lu. xij.
Ecce pharisēi sadduceiq; dolosi
Poscere tentantes instant cęlestia signa
Sed christus cernens fallacia pectora fatur
Connexum quotiens claudit nox humida cęlum
Si ruber astrifero procedit vesper olympo.
Dicitis adueniet ventura luce serenum
Jamq; sub exortu solis: si tristia rubro
Nubila miscentur confusa luce colori
Dicitis agricolis nautisq; venire fragosam.
Uentorum rabiem. tempestatumq; furores
Fallaces nostis faciem discernere cęli
Sęclorum vero nescitis tempora signis
Explorare suis. sed vobis signa dabuntur
Que maris immenso quondam venire p fundo.
Belua quom tenuit ventris sub carcere vatē Jone. ij.
Hęc ait: et pperere puppis retinacula soluens
Trans freta contendit: rapido contendere cursu
Arua Philipporum: socijsq; hęc talia fatur

G lū

Juuenius

De fermēto phariseoz Mat. xvi. mar. viij. Lu. xij.

¶ **O**llicite vobis vitentur noxia farra
Fermentumq; ferox vestris auertite mensis

Illa pharisei sadduceiq; dolosi
Admiserunt escis. falluntq; in nomie panis
Quor vobis tacitas voluit cunctatio mentes
Pro quo parua fides sensu torpente fatiscit
Dicitis auersi naui q; tollere panes
Non fuerit vobis vacuum farrisq; cauendas
Insidias iubeam meminisse et scire putabam
Panes quinq; mihi plebis q; milia quinq;
Implerent dapibus: cophinisq; sup; fluat tantis
Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciboz
Quattuor et rursus cenantium milia panes
Quod facile implerint septē: portasq; referri.
Auidistis rursus completas reliquiarum
Sed moneo istorum semper fermenta cauenda
Discipuli tandem vitalia vba sequuti:
Doctrinam cernunt fermenti noie dictam

Petrz post p̄fessionē q; xp̄s dei fili? eēt dure cre
pat dicē: vade retro sathana Mat. xvi. mar. viij.

¶ **A**de vbi peruētū est: liq̄di p; terga p̄fundi Lu. ix
Clara **P**hilippeo quo pollent nomine rura
Cogit concilium sectantū discipulorum
Et querit quē se populorum fama putaret
Respondent multas plebis tunc esse loquelas
Erebrus audisse et multos firmare q; esset
Iustus iohannes: populos qui flumine lauit
Pars trepidat (m̄coni fuās oracula m̄ete. malach. vi)

Presbyter

Heliam venisse itez: quem prepete cursu
Turbinē celesti quondā simulata q̄drigis iij. Re. ij
Astris inseruit rapidē vis feruida flammē
Hieremiam dixere alij. pars esse pphetam
Tunc christus cunctis arridens pectore blando
Conquirat: quē sit sententia discipuloꝝ
Sed stabilis petrus Tu sancti filius inquit
Christus: magnifico terras qui lumine complex
Tum dñs: forti respondet talia petro
Petre beatus eris: nam talia pandere certe
Humanus sanguis vel terrę portio corpus
Haud vnq̄ poterit: genit oris munera sola
Possunt tam validum fidei concedere robur
Tu nomen petri digna & tute tueris
Hac in mole mihi saxiq̄ in robore ponam
Semper mansuras eternis mēibus cdes
Inferni domus hęc non exuperabile portis
Claustrum ppetuo munitum robore habebit
Celestisq̄ tibi claues permittere regni
Est animus: terrisq̄ tuo q̄ nexa relinques
Arbitrio: cęlo pariter nodata manebunt
Soluerit & rursus tua q̄ sententia terris
Haud aliter venient: cęli sub sede soluta
Sed vos discipuli christum me dicere cunctis
Parcite: q̄ soli cognoscant talia digni
Jam lux adueniet pperis mihi cursibus instans
Mēibus in solymis rabies quom prona furore
Eximios vatū saturabit sanguine nostro
Ast vbi lucifluum reddet sol tercius ortum
Consurget radijs pariter redimita salutis

¶ iij

Iuuenius

Vita mihi: cunctisque dabit sua munera terris
Tunc petrus magno percussus corda dolore
Absint christe tuis inquit tam tristia sanctis
Monstra pcul membris: nec fas est credere tm̄
Nec tibi tam durus poterit contingere casus
Christus ad hęc Procul hinc inqt. pcul effuge demon
Nil diuina tuam mentem prudentia tangit
Sed terrena sapis: molliq; timore tremiscis

CDicit crucē suā tollē debere vnūquēq; q̄ velit
dñm seq. et dt nō visuros q̄sdā mortē donec vide
ant filiū hoīs i regno veire **Mat. xvi. Mar. viij**

r Ed si quis vestrū: vestigia nostra sequetur
Abneget hic sese: corpusq; aiāq; recusans

Atq; crucem ppiam comitatibus addere nostris

Gaudeat: amissam redimet cui gloria vitam

Nam seruata perit terris possessio lucis

Commoda sed quid erunt seclī mortalia lucra

Si damnum pariant vitę lucisq; perennis

Vel que digna queunt aię commercia poni

Filius huc hoīs veniet sub noīe patris

Celestesq; illum fremitu comitante ministri

Stipabunt: reddetq; hoīm sua debita vitę

Vera loquor: certos istic sub noīe lucis

Inueniam: cęli fulgens quum regna capessam

CDe transfiguratione iesu christi.

CMat. xviij. Marci. ix. Lu. ix.

h Nec vbi dicta dedit: passus bis terna dieꝝ

Lumina conuerso terras transcurrere cęlo

Tum secum iubet abruptum conscendere montem

Petrum zebedeiq; duos per deuia natos

Presbyter

Inde ubi peruentum est. secreti montis in arcem
Continuo christus: faciem fulgore corusco
Mutatur: vestisq; niuis candore nitescit
Respiciunt comites: mediumq; assistere sanctis
Helic; Mosiq; vident Tum talia petrus
Respice num nobis potius discedere longe
An istic tantę Spectacula cernere molis
Conueniat: trina tñ hic tentoria vobis
Si iubeas frondis faciam diuersa paratu
Singula sub noctem que vos aulea receperunt
Talia dum loquitur: cęlo prefulgida nubes
Circūiecta oculis condebat lumine montem
Et vox e medio lucis manifesta cucurrit
Hiuens hic meus est natus: mea summa voluptas
Huius iusticiam iusto comprehendite corde
Discipuli pauido presserunt corpore terram
Nec prius e prono vultus sustollere casu
Audebant: sancto christi q̄ dextera tactu
Demulcens: blandis firmasset pectora x̄bis
Surgite: et abiectum fortes calcate timorem
Glorię et huiusce exptes vos reddite cunctos
Nec cuiq; presens pandatur visio vobis
Hi prius huc hois soboles speciosa reportet
In lucem referens mortis de sede trophęa
Consurgunt: solumq; videntes voce requirunt
Quur scriptis veterę scribarū factio certet Mala. vltio
Heliam primum cęli de sede reuerti
In terras: christiq; dehinc consurgere lucem
Christus ad hęc: veniet certo sub tempore iustus
Helias. reddens mox omnia debita seculo

Iuuenius

Sed si quis credit iam venerat ante renascens
Ignotum veluti rabies quem cæca furoris
Dimer sit læto: mox senior altera cedes
En hoīs nato trucibus laniatibus instat

¶ Quercum lunaticum sanat et de fide et
granum synapis docet.

¶ Mat. xvij. Mar. ix. Luce. ix.

hæc ait: et populum repetit montesque relinquit
Ecce sed inflexis genibus: fletusque solutus
Vir senior: precibus christum veneratus adorat
Davidis soboles: hoīm lumenque salusque
Te p̄cor horribilem nati de corpore morbum
Perturbes: reddasque seni solacia vite
Nam cursus lune: natum mihi demonis arte
Torquet: et in liquidas deiectum projicit undas
Aut misere medio pietum voluit in igni
Nam tua discipuli sectantes iussa: frequenter
Connisi: nulla in solidum mihi dona dederunt
Tum christus magno commotus corda dolore
O gens nullius fidei gens effera semper
En etiam patiar vobiscum me fore terris
Sic ait et p̄ueque mandat perferre parenti
Ante suos vultus: tum vocis pondere multo
Incubuit: mentisque simul conuulsa venena
Demonis horrendi: purgato corde fugavit
Discipuli rogitant: quare non successerit illis
Eiusdem pueri toriens tentata medela.
Respondit dñs: labat quare pectore vestro
Instabilis fidei nutans plubrica gressus
Nam si tanta foret credendi portio vobis

Presbyter

Quæ minimi posset granum prestare synapis
Istius hinc montis possetis vellere xbo
Inq; alias sedes cunctam transuoluere molem
Nam genus hoc morbi: p̄cibus sine fine: fideq;
Multaq; robusti ieiunia pectoris arcant

Petrus in ore piscis nummū inuenit quo dis
soluit tributū **M**atthei. xviij.

Inde capbarnaum gradiens puenit ad oras

Cōuenere petz. quibus instat cura tributū

Solucere poscentes solitum pro noie christi

Ille sed ad petz conuersus: talia fatur

Dic inquit reges: quoz dependere natos

Externos pprios ne sibi iussere tributa

Respondit petrus alienos solucere certum est

Cernis ait christus natum non solucere regis

Sed ne quem ledam: p̄ceptum suscipe nostz

En maris vndisoni rupes quæ prodit in altum

Scandatur tibi summa simon: hamusq; pfundo

Stamine setaz connexus præcipitetur

Hæserit z curuo qui primus acumine piscis

Huius pandantur scissi penetralia ventris

Illic inuento: duplex dissolue tributum.

De humilitate pueri **M**atthei

xviij. **M**arci. ix. **L**u. ix. et xvij.

Discipuli post inde rogāt: quis maximus alto

In celi regno: meritisq; p qualibus esset

Tum christus medio puez consistere cætu

Præcipit: z placido de cæto sermone profatur

En huius similem pueri se reddere cætet

Quisq; cu pic celsam celi conscendere sedem

Iuuentus

Erroris laqueos scelis increfcere certum est
Sed tñ infelix p quem generabitur error
Qui vtro e paruis istis deceperit vnum
Si sapiat nectat saxo sua colla molari
Præcipitẽq; maris sese iaculetur in vndas
Nec quisquã fastu paruos contempserit istos
Hoz custodes cęlesti in sede tuentur
Altitoni vultum genitoris sydera supra
Sed si quis pastor cui pascua credita condāt **Zu: xv**
Centum balantes vnã quom forte seo: sum
Nescius error habet quęsitor deserit omnes
Vnius ⁊ totis lustrat vestigia siluis
Illam si magno possit reperire labore
Leticia inuentę maior tum nascitur agnẽ
Quam p cunctaz numero q nulla recessit
Ex istis paruis genitor sic perdere quenq;
Non patitur: gaudetq; suis increfcere regnis
De correptione fratrz Mat. xvij. Lu. xviij
¶ Fratrem pprio delicto commaculatum
Cernis. secreto mox dictis corripe solus
Si tua xboz patiens moderamina laudat
Labentis mentem frater lucrabere fratris
Sin tua solius contemnet xba relinquens
Tunc alijs pariter monitor pia iussa. frequentet
Sed si decutiet doctoz frena duoz
Tunc ad concilium referãtur crimina plenum
Ut populi saltem sanetur pondere victus
Sin ⁊ multoz contempserit efferus ora
Sit tibi diuisę mulctatus noie gentis
Namq; in concilium semper p̄sentia nostra

Præbpter

Adueniet: mediūq; diuini stare necesse est

Sine trium fuerit cētus sub nomine nostro

**Quod indulgere debeam? alterutq; vsq; sep-
tuagies. septies** **Mat. xviij. Luce. xviij**

¶ An petrus querit quot fratri errata remittat

An septem lapsus homini indulgere liceret:

Christus prosequitur: non septem crimina tantum

Sed decuplata sup donentur vulnera fratri

**De eo qui conseruum ppter denarios centus
suffocat.** **Matthæi. xvij**

n An celi regnū dño prædiuitis aule

Consumile est nūmi rōem qui sibi pont

Iusserit. et seruū debentē multa talenta

Præcipit abreptum cum coniuge pgenieq;

Atq; opibus cunctis venali nomie sisti

Tum seruus dominū prostrato corpe adorat

Et spondet spacij sibi si foret vlla facultas

Omniem nummoz dño dissoluere summā:

Commouit dñm famuli miseratio flentis

Cunctaq; trans meritum concessit debita seruo:

Ille sed egrediens conseruum limine in ipso

Mactus constringit: cum debita fortior viget

Per solui: precibusq; locū truculentus abegit

Carceris ⁊ mersum tenebris pēnisq; premebat

Quæ postq; dñs famuloz noscere verbis

Incipit adducto ingessit iustissima seruo:

Dicta dolens. irāq; mouet: iussisq; seueris

In tormenta ferum detrusit cuncta reuoluens

Debita: quæ dignis lueret per vincula pēnis

Sic vobis faciet genitor: qui culmina cęli

Iuuentus

Possidet: inimicos seuo si pectore fratrum
Peccata orantium: dure punire voletis
Uxorē nō dimittēdā nisi ob fornicatōez Infātes
nō accēdōs eē a bñdictōe dixit Mat. xix. Mat. x.

t Alia dicta dedit: galilęaq; rura reliquit

Judęamq; petit. qua pinguia rura silenter

Agmine iordanis viridis prorumpit ameno

Hec minus in stratis cgris donare salutem

Sublimisq; patris concedere munera perstat

Ecce pharisęi tentantes querere pergunt

Coniugis an liceat reiectum scindere vinctum

Quicquid erit lesi tanget quod corda mariti

Hęc vbi pcepit: depromit talia christus

Principio: de? in terris par dispare sexu Gen. i.

Constituit: iussitq; vno de corpe necti

Ambozumq; aios iunctis inolescere membris

Quod deus ergo iubet pprio concreescere xbo

Illicitum est hoim fędo secernere luxu

Moytes pcepit (q; pectora dura videret)

Scribere discidium quo saxeæ corda reuinci

Per pprios apices possint sub iudice flammę

Nam temere exoluet casti qui iuracubilia

Alteraq; illius thalamis sociabitur vxor

Crimen adulterij: populo sub teste subibit

Discipuli referunt vixet lex ista viroz

Seruicijq; premit non equo pondere partem

Ut melius fuerit thalamis caruisse perosis

Respondit dñs: non omnes pondere tanto

Subijcient humeros: lecte sunt talia dona

Uirtutis: trino truncantur corpora more

Presbyter

Quæ nulla gaudent genitali lege chororum
Namque alios tales progigni in luminis oras
Comperimus: plerumque hominum vis ferrea sexu
Exiit: atque alios ipsis sibi demere constat
Pro celi regnis: primum de pectore amorem
Quisque capax fuerit: celsa virtute capessat
Quod paucis lectisque deus vult pandere munus
Hæc ait: et pueros quos gaudens cura parentum Lu. xviii
Cum precibus letis: certatim hinc inde ferebat
Suscipit: et plebem sectantem quæ prohiberet
Increpat: ac tales affirmat regna mereri
Aulæ cælestis: sanctas his ordine palmas
Imponit: redditque vlnis portare parentum.

¶ Diuitem difficile introire in regnum cælorum

¶ Matthæi. xix. Mar. x. Lu. xviij

e Ecce sedec populo iuuenis: cui rura domusque
Et gaza stabat rex possessio fulgens
Accedit: christumque palam submissus adorat
O bone preceptor dic nunc quæ facta sequamur
Ut mihi perpetuam liceat comprehendere vitam
Huic auctor vite tum talia reddit Iesus
Nunc demum queris veterique lege tenentur
Non hominis perimes vitam: non furta chororum
Inuades: questum ve alienis noxia rebus
Dens aut dextra liget: non testis falsa loqueris
Sit genitor genitrixque tuo sublimis honore
Proximus et puro pro te tibi cedat amore
Ille dehinc ista hæc semper mihi perpete cura
Observata seor. sed ne quid forte relictum

Iuuentus

Desit: p̄nti liceat me voce moneri
Cum christus fatur. nunc si p̄fecta requiris
Prendere p̄cellis meritis fastigia vite
Omnia que p̄prio retines solus dominatu
Distrahe ⁊ ad miseros confer securus egentcs
Tunc thesaurus erit celi tibi conditus arce
Virtutisq; tenax: vestigia nostra sequeris
Hec adolescentis veniunt vbi dicta p̄ aures
Deiecit vultum: tristisq; in tecta refugit
Cum sic discipulis. vite spes. vnica fatur
Difficile est terris affixos diuite gaza
Quelli: celiq; leues in regna venire
Nam citius tenuis p̄ acus transire foramen
Deformis poterunt immania membra cameli
Quam diues valeat celestia regna videre
Talibus attoniti comites: stupidiq; silebant
Voluentes que tanta foret sub pectore x̄tus
Humano: talem possit que prendere vitam
Respicit eterne iustoz gloria vite
Atq; ait: hec homini forsan videantur acerba
Sed deus electis facilem p̄pandit in ethra
Possibilemq; viam: x̄tus quam celsa capessat
Iesus p̄mittit cetuplu receptuzq; oib; renūci
at p̄mos fieri nouitios Mat p̄ Mar. x̄ l. x̄ iij
¶ Um petrus fidei munitus mēibus infit
Omnia nostra olim proiecta reliquimus oēs
Et tua iussa sequi: nobis spes vnica restat
Quid nostris animis supest. dic christe precamur
Talibus ad petrum x̄bis respondet iesus
Vos quicūq; meū mētis penetrab; altis Lu. x̄ iij

Presbyter

Credentes seruat is iter: quum sederit alte
Progenies hois: celso quem cinget honore
Maestas: bis sex illic pulcherrima xtus
Constituet vobis sublimi in vertice sedes
Iudiciumq; hoim pariter tractare licebit
Ihic quicunq; sui linquet generisq; domusq;
Saxas: affectusq; oes pro nomine nostro
Centuplicata dehinc capiet: vitamq; perennem
Primoꝝ meritum: postremi transgredientur
Ultima p̄teriti capient vix premia primi
Parabola oparioꝝ in vinea p̄ductoꝝ. Mat. xx

Edulus vt ruris dñs cui dulcia fundum
Pinguibus in campis late vineta coronant

Hic vbi p̄gressus primo cum lumine solis
Conduxit iuuenum fortissima roboraz: pactus
Unius in lucis certa mercede laborem:
Et sua tum iussit cultu vineta poliri
Ipse sed egrediens: vbi tertia venerat hora
Inuenit ecce alios ad opus quibus ire iubebat
Pro meritis opeꝝ promittens premia digna
Illi non aliter leti p̄cepta sequuntur
At vbi sexta dehinc lucis trans fluxerat hora
Haud secus hinc alios iuuenes conducere pergit
Hozaz nona dehinc vbi solis cursibus acta est
Tunc alios pariter conductos iussit adire
Ultima labentis restabat porcio lucis
Egressus cernit iuuenes: causasq; requirit
Quur pigris manibus torperent ocia lenta
Conductor reddunt ipsis q; nulla dedisset
Iussa: suo dñs mox hos insistere ruri

Iuuentus

Tunc etiam iussit: sed vespere p̄tinus orto
P̄cipit vt cuncti caperent mercedis honorem
Equaliq; oēs portarent p̄mia nummo
Tunc manus illa viz: prima q̄ luce laborem
Sustulerat: factisq; diem tolerauerat equum
Indignans secum tali cum murmure fatur
Iniustum est: istos sil'em vt nos quere nummum
Ultima quos operisero conduxerat hora
Tum dñs ruris sedato pectore fatur
Illibata tibi mercedis porcio saluē
Redditur: et pacti seruantur iura fidelis
Istis de nostro liceat concedere tantum
Extima quos operis glomeravit porcio ruri
Nam multos hoies dignatio sancta vocauit
Equis p̄ minimam dignum est secernere partem
C Jesus predicat discipulis passionem suam
C Matthei. xx. Mar. x. Lu. xviii
h̄c ait: et solymos repetit: comitesq; seorsum
Alloquitur: solymisq; itez regionibus infit
Ingredimur gnari: truculentaq; menia adimus
Filius hic hois tradetur ad vltima mortis
Scribarū procerumq; ferens ludibria: membris
Affixusq; cruci post tertia lumina surget
C De petitiōe filioꝝ zebedei Mat. xx. Mar. x
h̄c... Et cum zebedei coniunx submissa rogabat
Ut christo medio: celi sublimis in arce
Felices nati dextra leuaq; sederent
Tum querit christus: calicem si sumere possent
Quem sibi p̄ceptis instaret sumere patris
Respondent se posse simul Tum talia christus

Præf byter

Vos nostꝛ calicem fas est potare: sed altis
Sedibus equali mecum considerare honore
Non hoc nostra dabit cuiqꝫ pro munere **frus**
Hęc paucis genitor sublimia dona reſeruat
Ex in discipulos dictis pro talibus omnes
Commotos: stabili sermonis mulcet honore
Gentibus infidis: celsa ditione potestas
Imponit quoscunqꝫ velit dominetur eoz
Exercentqꝫ trucem subiectis vrbibus iram
Vos hic sed longe tranquillor equora vite
Concordi sternit miris derat moio pace
Magnus ⁊ obsequijs crescit super alta minister
Nec primus quisquā nisi cunctis seruiat vnus
Esse potest: hoīs natę sic cuncta ministrat
Obsequio solus pprio pia munera gestans
Pro multisqꝫ aiā p̄cioso sanguine ponit
At vos ex minimis opibus transcendere vultis
Et sic e summis lapsi comprehenditis imos

¶ Super hoc Recumbe in nouissimo loco

¶ Luce. xiiij

¶ Vos quisqꝫ vocat: eęne conuiuia ponens
Cornibus in summis: deuitet ponere membris
Quisqꝫ sapit: veniet forsan si nobilis alter
Turpiter eximio cogetur cędere cornu
Quem tumor inflati cordis p̄ summa locarat
Sin contentus erit mediocria p̄ndere eęne
Inferiorqꝫ dehinc si mox conuiuia subibit
Ad potiora pudens transibit strata thozoz

¶ In die palmarꝫ de afina et pullo eius

¶ Matthei. xxi. Marci. xi Luce. xix. Jo. xij

h ũ

Iuencus

Proxima tum solymis: cōscendit culmīa montis
Ordinibus lucent q̄ glauci comantis oliuē
Hinc lectis iussit sectantum discipuloꝝ
Obuia castelli monstrans habitacula christus
Inde asinam pariter fectū comitante reptam
Ducere vel si quis causam disquirere vellet
Quur sua tam subito quoq̄ iumenta trahantur
Huic reddant: nostro nunc ihs opus esse magistro
Discipuli celeri complent p̄cepta paratu
Adducunt: molliq̄ super velamine vestis
Insternunt placidū pullum: p̄bentq̄ sedendū
Huic veteris quondā fluxit vox nūcia vatis **Fachaiꝝ**
Ecce venit placidus tibi rex: quē terga sedentē
P̄mitis gestant asinē pulliq̄ sequentis
Tum populi stratas p̄texunt vestibus omnes
Quaq̄ iter est christo subnixa fronde coronant
Proxima tunc alij spoliant palmeta virore
Conclamantq̄ oēs: dauidis origine creto
Osanna: excelsis sit gloria lēta tropheis
Sic tunc ingreditur solymoꝝ menia christus
Ingresso occurrit primo sub limine templi
Cruribus atq̄ oculis certatim debile vulgus
Quos vbi tam subito gressu visuq̄ vigentes
Cuncta sacerdotum cognouit factio mirans
Et pueros templi complentes recta canore
Osanna egregia dauidis stirpe creato
Tunc p̄contantur cuncti q̄ causa canoris
Impubem tantam tollat p̄ gaudia plebem
Christus ad hęc: legis sanctę vos scripta tenere
Creditis: infantum q̄ dicit ab ore venire

Presbyter

Zactentū ⁊ linguis iusti consurgere laudem

De ficu q̄ arida sc̄a ē. Mat. xxi. Mar. xi. Lu. xix.

h ꝑc ait: ingrata linq̄ens cum ciuibus urbem.

Bethaniāq̄ petit: rediensq̄ in margine cernit

Strate tendentem diffusa vmbacula ficum

Illic forte tibi pertentans corda voluntas

Arboris adrectat ramos: sed nulla facultas

Pomoz: sterilis frondis concreuerat vmbzē

illi christus ait: non sit tibi fructibus vnq̄

Copia promendis: cum protinus aruit arbor

Discipuli celerem mirantur in arbore mortem

Sed christus stupidis assistens talia fatur

Nunc ligni istius nostro stupuistis honore:

Desisse ad vires terrenos ducere succos

Sed v̄ris verbis iterumq̄ iterumq̄ mouebo

Namq̄ fides si certa animi consistit in arce:

Nec dubijs nutans vicijs tremebunda iacebit

Arboris isti? vobis subst̄tia cedit ¶ Luce: xvij.

Nec tantum istius: sed montis celsa reuelli.

Credentum verbis poterunt: vndisq̄ profundis

Cum siluis pariter saxisq̄ ferisq̄ recondi

Et quęcuñq̄ fides robusto pectore poscet

Credentum: semper: digna virtute tenebit

Iesus interrogat? i q̄ptate facēt Ipe interrogat de.

ioānis baptisate. Mat. xxi. Mar. xi. Luce. xx

h ꝑc vbi dicta dedit: templi se menibus infert

Confestim ꝑc oceres populi miracula rerum

Collecti inquirunt: virtus quę tanta dedisset.

Istis christus ait Quęrentibus omnia vobis

Dicere iam facile est: si nobis vestra vicissim ¶ h iij

Juuentus

Percōtata prius: paucis sententia soluat
Muper ioannes puro' qui gurgite lauit
Sordentes populi maculas: diuina potestas
An hoīs potius vobis fallacia visa est
Hec ait ancipiti s'boꝝ pondere claudens
Captantum proceꝝ mentē. Nam magna ꝑphetam
Plebis ioānem veneratio suscipiebat
Nec poterant eius fallacem dicere vitam
Rursus sublimen dixissent si esse ꝑphetam
Occidisse illum traheret confessio culpam
Senescire tñ respondit factio fallax
Tum christus Nō est iniustū claudere vocem!
Cum mihi claudātur proceꝝ responsa superba
¶ Parabola hoīs qui filios mittit in vineam et
q' publicani et meretrices in regno dei multos
sacerdotum et scribarum sunt ꝑcessuri

¶ Matthei. xx.

n Am gemineꝝ prolis genitor: maioris in aures
Talia dicta dedit: vitis mihi porcio maior
Semiputa iacet: sed perge ⁊ robore forti
Nunc scrobibus nunc falce premens: vineta retūde
Tum iuuenis sese tam sordida vincla laboris
Nolle pati memorat: post oīa iussa parentis
Exequitur: dure damnans responsa loquē
Post alium natum simili sermone iubebat
Ad vineta sui dependere iussa laboris
Annuit his iuuenis: nec dictis facta repensat
Dicite quis potius genitoris iussa sequatur
Illi collaudant nati responsa prioris
Prosequitur christus: nunc vera aduertite dicta

Presbyter

Jam magis hinc celi sedem comprehendere certum est
Corpis e vicijis. querētis sordida lucra
Quam vestrum quenq̄: vobis nā venerat ante
Justus iohannes sed non est credere vestrum
Namq̄ fidem potius meretricum pectora certam
Hauerunt: sordescq̄ animi posuere pudendas
At vos tantorum scelerum nil penitet vnq̄
Parabola de vinitorib? q̄ inficiunt ad se mis-
los Mat. xxi. Marci. xij. Luce. xx.

Ic quidam diues: cui iugera multa nitentis.
Vineti sepes circūdensata coeret.
In medio turrem prelūq̄ ⁊ dolia fecit *Esaie. v.*
Cultoresq̄ dedit: fructusq̄ locauit habendos
Impositam statuēs mercedis soluere legem
Tum longinqua petit sed fructus tempe certo
Actores famulos mittit: quis porcio salua
Cultoꝝ certa ruris mercede daretur
Ecce colonorum rabies hos x̄bere seuo
Ast alios lapidum proterrent vndiq̄ telis
Deniq̄ letali prosternunt vulnere multos
Tum dominus ruris plures incedere seruos
Præcipit: et rursus mercedis pacta reposcit
Maioꝝ at in plures audax iniuria surgit
Ultima iam domino natum dimittere mens est
Quod sobolem partemq̄ sui vis digna pudoris
Cultorum cordi venerandam posceret esse
Sed contra illorum iam mens maculata cruore
Progenie extincta domini: sibi post dominatū
Cedere credentes: crudeli vulnere fixum
Obtruncant: iaciuntq̄ foras trans cepta cadauer

Iuuentus

Post hec iam dñs veniet penasq; reposcet
Tantoꝝ scelez: sed vobis tradita quondam
Fulgentis regni sedes translata feretur
Ad placidam gentem: possit q̄ reddere fructus

Parabola de inuitatis q̄ p̄temnūt venire ad
nuptias Mat. xxiij. Lu. xiiij. Apoca. xix

Rex: qui nato thalamoꝝ vincula nectens
Præcepit proceres cōuiuia læta frequentent

Accitos famulos voti regalis honorem
Concelebrare simul: cuncti sed adire recusant

Regales thalamos regalis pocula mensq;
Post alios mittit: sese largissima cuncta
Magnificasq; dapes conuiuia læta parasse

Illi neglectis dapibus diuersa petebant
Hic edes pprias: hic ruris tecta p̄pinqui

Ast alius merces potius ac lucra remisit
Multi p̄terea missos qui ad læta vocarent

Infontes famulos rapiunt ⁊ corpa ferro
In mortem cruciant: tum rex vbi comperit acta

Milibus armatis: ciues cum mēibus ipsis
Subruit: effusi famuloꝝ sanguinis vltor

Tunc seruis fatur nunc festa iugalia cenę
Prælargis dapibus quecunq; instruximus: illi

Contempsero meis proceres contingere mensis.
Ite igitur p̄pere per publica septa viarum

Et quoscunq; illic casus glomerauerit. omnes
Huelctis nati thalamis adhibere vocantes

Progressi famuli p̄ compita cuncta viarum
Inuentos duxere simul Jam deniq; cunctę

Complentur mensę mixta sine nomine plebe

Presbyter

Hic iusti iniustiq; simul cubuere vocati
At rex ingressus: conuiuia læta reuisit
Hic videt indutum pollutę vestis amictu
Leticę thalamis fuerat cui dissona lingua
Istę ubi regalis sermonis pondere causas
Reddere pro vestis maculis 7 labe iubetur
Oppresso tacuit non puri pectoris ore
Et tunc conuersus: famulis rex precipit illum
Connexis manibus pedibusq; 7 corpe toto
In tenebras raptum mox precipitare profundas
Illic stridor erit: vasti sine fine doloris
Et semper fletus Multis nam sepe vocatis
Paucoꝝ fęlix hoim selectio fiet

Incipit liber Quartus Iuuenti

De denario cesaris. Mat. xxi. Mar. xii. Lu. xx.

† Alia dicentę: p̄festim factio frendens
Tentare aggredit: x̄bis cū fraude malignis
Certū est v̄ridicū te nūc venisse magistrū
Nec quenq; metuens dñi vestigia seruas

Dic ergo an liceat nostrę dissoluere genti
Cesaris v̄gentis semper: sub lege tributum
Ille sed inspiciens s̄cui penetratia cordis
Quur tentatis ait nunc me concludere x̄bis
Fallacis mentis perdit fallacia fructum
Aspicite en nummum: sculptriq; nomismatis gra
Cesaris expressum promptū est ibi cernere vultū
Soluite nunc illi pp̄ria sub lege tributum
Atq; deo pp̄rium legis seruemus honorem

Iuuenius

De muliere que septem fratribus nupsit
Matthæi. xxiij. Mar. xij. Lu. xx

1 Ad e saducei tali cinxere latratu
Mosea qui legum posuit præpta iubere
Si quis coniugium pro rata morte relinquet
Pignoribus medijs nondum de germine cretis
Huius germano rursus sociabile vinculum
Deberi: generis pereat ne porcio lapsi
Finibus in nostris septem germana fuerunt
Corpora: sed in uior natu cum vincula nupte
Sumpsit: præ celeri cecidit sub acumine mortis
Post alius frater. thalami sine fructibus eque
Concidit: et cuncti iacere ex ordine fratres
Utq; marite uni fletus ocs genuissent
Post ipsam rapuit gelide inclementia mortis
Si venient igitur cuncti sub lumina vite
Cuius connubijs mulier reddenda resurget:
Illis christus ait: errori obnoxia prauo
Legibus et iussis dñi: mens dura resistit
Mescia hucum et legum mens decolor erant
Namq; sequenda dehinc læte repatio vite
Non thalamos nouit non terre gaudia vana
Sed similes leibus genitoris iustam inistris
Constituet regni hucus sublimis in aula
Mec deus illoꝝ dñm se ponere poscit
Qui terram proni meruerunt sumere mortem
Sed potius vite possunt qui prendere lucem
De pmo mādato iterrogat. et iterrogat? interro
gat de christo cui? fili? sic **Mat. xxiij. Mar. xij**

Presbyter

e Ecce alij rogant: que sunt firmissima legis
Ille indefessus nulli responsa negabat
Sublimen celi dñm deuotio cordis. **Deutro. vi.**
Diligat: est ista hec virtus firmissima legis
Consimile est isti: magno teneatur amore. **Luce xix**
Ad ius fraternū iustę penetralia mentis. **Roma. xij**
Ihis etenim geminis dependent omnia iussis
Sed vobis cuius soboles vctura videtur. **Luce xx**
Christus. que cuncti spondent in secla ppheteę
Respondent illum dauidis germine nasci
Prosequitur christus: Cur illum dicere dauid
Diuino flatu scriptum est: dñm q; deum q; **Psal: cix**
Quod proprium patrem non equum est dicere nato

Jesus ad discipulos dicit ut que pharisei dicunt,
fiant nō que faciunt & increpat scribas & phariseę
os **Matthei. xxiij. Luce xj.**

t Alia saluator: cuncti obstupere silentes;
Ille sed accita credentium plebe profatur:
Aspice nunc scribas sublimi sede superbos
Ihi quecūq; docent iustum est comprehendere cordis
Obsequio maculas ipsorum remitte vitę:
Abrupta imponunt humeris iam pondera vestris.
Ipsi que digito saltem comprehendere nolunt
Accubitu primo cęne fastuosq; supbo
Atq; salutatum vano tolluntur honore:
Et nomen sublime volunt portare magistri:
Sed vos noluerim precessi nomis arcem
Affectare: tamen vobis est vna magistri
Imposita eternum cęli de lege potestas.

Iuuenius

Vos eadem: fratrum parili coniunxit amore:
Unus item pater est celi qui in culmine regnat
In vobis si quis sublimia colla leuabit
Decidet: et baratri mergetur ad vltima ceno
At humilis claram concendet liber in ethram
Deflendi semper scribit et lachrymabilis qui
Eca pharisee cunctis fallacia plebis
Nam vobis callis clausus: quia iure negatur
Non sinitis quemque penetrare per ardua lucis
Et cunctos trahitis seque ad consortia flammę
Vos similes dicam: tectis splendore sepulchris
Quis facies nitida est: internaque sordida bustis
Sic vox velatur iustę sub imagine vitę
Atque adytis mentis celantur turpia corda
¶ Solymi solymi: ferro qui sepe prophetas *Luce. xi.*
Ad vestram missos vitam sine fine necastis
Quam volui vestram gentem populūque tueri
Alles uti molli solita est sub corpe pullos
Obijce pennarum circum complexa fouere
Sed vobis semper cęlestia munera sordent
Deseritur iam nunc domus hęc: vastata ruinis
Nec vobis nostrum fas ultra est cernere vultū

¶ De templi structura cuius subuersione p̄dicat
Matthei. xxiij. Luce. xix. et xxi.

e Greditur templo: cuius precella notātes
Mentia discipulos tali sermone docebat
Hęc operum vobis miracula digna videntur
Obrotu stupido: v̄eris sed discite dictis
Quo mox cuncta solo passim disiecta iacebunt

Presbyter

Hec ad oliueti dicens peruenerat arcem
Discipuli solum postq̄ videre rogabant
Ut sibi venturi tempus distingueret eui
Promissa ipsius quem poscant prendere finem
Eius vt aduentus: terre consumeret orbem
Querentum x̄bis respondit talia christus
De signis extremi iudicij **Mat. xxiij** **Mat. xij**
o **B**seruate dolū: falso ne noie capta **Luce xxi**
Credulitas: laqueis errantium precipitetur
Discurrent cunctis belloꝝ incendia terris
Sed vos p̄ualido consistere robore cordis
Ne mens accepto iaceat turbata: tumultu
Non etenim prima imponent mox p̄elia finem
Gentibus ⁊ gentem: ⁊ regibus obuia reges
Signa ferent. nec tunc morbi corrūpere tractum
Aeris: aut pestes prosternere corpora parcent
Fissa etiam solido per inania pondere tellus
Per diuersa loci motu quassante tremiscet
Hec in primicijs tentamina parua manebunt
Tradentur multi vestꝝ: letoq̄ dabuntur
Proq̄ meo vobis incumbere noie gentes
Tormentis penisq̄ feris odijsq̄ necesse est
Ziuor erit terris: erroribus omnia plena
Et falsi surgent populoz labe p̄phetę
Hec inter: si quis protectum vulnere pectus
Ad finem seruare queat: sublimia lucis
Eternis vite fertis redimitus adibit
Regnoz celi celebratio peruolitabit
In cunctas terre metas: gens omnis habebit
Testem lucifluo sanctę sermone salutis

Iuuenius

Et tunc finis erit: currentia secula resoluens:
Adueniet iam tunc tristis defectio terris Daniel. ix
Quę danielis habet iussam verissima vocem
Hęc dignus tantum poterit cognoscere lector
Iudei longe fugiāt: montesq; capeffant
Nec quisq; domibus repetat sustollere secum
Quę fuga consociet: vestem ve aut moblle quicq;
Deflendi iam sunt vteri cum pondere matres
Et miseros fetus dulci que lacte rigabunt
Poscite iam precibus: tristis ne frigore brume
Adueniat fuga vestra: aut nec tunc sabbata festa
Anceps precipiti turbet trepidatio cursu
Nam cunctis venient squissima pondera terris
Tale malum non secula prius nec postea noxunt
Et in sublimis genitor decerpere tempus
Et numerum miserans vellet breuiare dierum
Nulladehinc trepide superarent corpora vitę
Sed, ppter lectos veniet miseratio iustos
Mimine fallentes christi: falsiq; pphete
Eturgent terris: et monstra potentia fingent
Quę forsan lectos capient miracula iustos:
En p̄dicta docent: instantia secula vobis
Desertum si quis christum peragrarē loquetur
Occultisq; procul penetrabilibus esse repostum
Longe crudelitas absit vanissima vobis
Sicut em̄ fulgur cęlum transcurrit apertum
Et cerni facile est: cunctis orientis ab oris.
Occidua (dicto citius) volitare sub orbem.
Sic rapido aduentu clarebunt lumina christi
Sol rutilos furuis radios abscondet in ymbrie

Presbyter

Amittet cursum lunaris gratia lucis
Ignicomęq; ruent stelle: cęlumq; relinquent
Omnia item ętus cęli commota superni
Signa dabit: proles hominis quis vertice cęli
Clareat: omnigenasq; tribus: deflectio lucis
Urgebit: qñ veniet nube igni coloris
Maicestate potens hominis p sydera natus
Tum tuba terrifico stridens clangore vocatos
Justos: quadrifido mundi glomerabit ab axe
Preteriet nec em pñs generatio secli
Donec cuncta sequens claudat sibi debita finis
Hęc tellus cęlumq; super: soluentur in ignes
Sed mea non vnq; soluentur ab ordine dicta
Quis sit at ille dies: nescire est omnibus equum
Hi solum rerum dño: qui sydera torquet
Et quondam terras vnde inuoluere furentes
Et diuersa sibi tractantes munia cunctos
Diluuij rapuit subito violentia tractu
Sic subitas flammis voluens descendet ab ęthra
Aduentus noster: nec cunctos ille sub vna
Conditione pmet: nam tunc vbi iugera lata
Infindent duo: depressis sub vomere sulcis
Unus correpto tolletur corpore arator
Ignarusq; alius vasto linquetur in agro
Uno quinetiam recubentes stramine lecti
Dispar iudicium diuersa sorte subibunt
Unus em socium quęret p strata relictus
Et hoccirco famuli vigilent quia nescius illis
Aduentus dñi: subitas descendet in horas
Premonitum furis tempus si insistere sciret

Iuuentus

Quisq; domus custos: vigilaret ⁊ obuia ferret
Arma procul: ruptas ne quis penetraret in edes
Sed vos intentis animis assistere semper
Namq; repentinus vobis: subitusq; recurret
Filius huc hominis. iustus sua premia seruans
Ille fidelis erit seruus: cui credere cunctas
Edes et famulos voluit per longa pfectus:
Vir pater ipse domus: sapiens nimiumq; beatus
Quem veniens dñs seruantem iusta videbit
Illum maiori famulum cumulabit honore
At ille infelix: qui obscene luxuriatus
Tardantem contemnit herū: famulūq; fatigat
Herberibusq;: segnisq; indulgens ebrietati
Luxuriosoz conuiuia concelebrabat
Adueniet: dominus: stolide seruūq; furentem:
Præcipitem dignis pñaz cladibus abdet
Illum ppetuus fletus stridorq; manebit

De decem virginibus Mat. xpo.

Inferrī possunt cęlestia regna puellis
Bis quinis: pars est quarum sapientior vna
Altera præ stupido pars est stolidissima corde
Occurrere ille votis sponsalibus omnes
Ornatu accinctę tēdaz flāmicomantum
Sed sapiens pars illa: sibi quo lumina flamme
Susciperet: portare simul curabat oliuū
Stultaz vero non est prudentia talis
Quūq; moraretur sponsus: tum membra sopore
Soluuntur cunctis: per compita lata viarum
Jam noctis medio clamor crebescere magnus
Exiit: letozq; de hinc occurrere voto

Presbyter

Admonuit: tēdisq; vias or:nate conuiscis
Surgere tunc pperant ⁊ claro lumine tēdas
Instruere: et flammās pingui componere oliuo
Tunc stolidę rogitant: olei sibi credere partem
Prudentes secum quod tum gestare videbant
Sed quoniam sapiens pauitat chorus: oībus eque
Nec desint clarę nutrimina pinguia flammę
Ex paruo equalis si detur porcio cunctis
Tum perdunt stultę: liquidum vt mercātur oliuū
Dum pergunt lęte transcurreunt omnia pompę
Et sponso tantum comitatur factio prudens
Adueniunt fatuę sero post tempore segnes
Et sponsi pulsare fores: ⁊ limina clausa
Ne quicq; ingeminant: p̄e cibulq; ingrata frequētat
Vt liceat miseris penetrare in limina lęta
Illas non comitum sponsi cognoscere quisquā
Non sponsus voluit: quare vigilate timentes
Aduentus vobis q̄ non est certior hora
Silitudo de talētis Mat. xxv. Lu. xix Mat. xij

¶ Sicut enim lōgas cui contigit ire profecto
In terras: credens seruis tractanda talenta
Uni quinq; dedit duo cepit ⁊ alter habenda
Tercius vnus curam tractare talenti
Suscepit: vires quoniam diuersa merentur
Sed maior quis est concredita porcio nummi
Certatim duplis auxerunt gra lucellis
Ille sed vnus cui credita cura talenti est
Telluri infodiens seruat sine fructibus gra.
Jamq; aderat presens dominus: cum primus et alter
Se geminasse illi pariter concredita monstrant

Iuuentus

Illos laudet herus potioraq; credere tantę
Promittit fidei. sed tertijs ille refedit
Et dño reddit tali cum voce talentum
Q; scirem dño memet seruire se uero
Qui meteret segetes alieno semine cretas
Extimui: argentumq; tuum cōcredere terre
Malui: quo semper saluum tibi reddere possem
Tum dñs famulo respondens: talibus in fit
Si nescire meos auderes dicere mores
Nequicię tantę veniam concedere possim
Hoc igitur gnarum potius prestare decebat
Ut fructum nobis tractata pecunia ferret
Quapropter segni: tollatur porcio nostri
Prudentiq; dehinc detur possessio maior
Quem cumulasse duplis lucris mea quinq; talenta
Inueni: namq; est certum potiora mereri
Quis: res vberior: cumulatę sortis abundat
At cui parua subest segni substantia corde
Id minimum penitus iuste tollitur ab illo
Et nequam seruus tenebras demersus ad imas
Perpetuos fletus: pęnę stridore frequentet
De ouib; a dextris & hedis a sinistris. *Mat. xxv*
e *Ma* hominis natus veniet: patrisq; ministris
Stipatus: celsa iudex in sede sedebit
Tunc gentes cunctę diuersis partibus orbis
Conuenient: iustosq; dehinc de labe maloz
Secernet: dextraq; libens in parte locabit
At prauos leua despectos parte relinquet
Ut pastor pecoris discernit pascua mixti
Lanigeris dextre permittens mollia partis

Presbyter

At leuos hirtis dumos tondere capellis
Sed rex ad dextros conuersus talia dicet
Huc veniant sancti iam dudum: debita sumant
Dona patris: mundo que sunt equa nitenti
Et iustis primo pmissa parantur ab ortu
Namque fame fessum quondam me grata refecit
Hec plebes: potuque sicum mihi sepe remouit
Hospiciumque domus patuit mihi sepe vocato
Et nudus vestis blandissima regmina sumpsit
Carceris in penis hanc solacia cepi
Tum domino tali respondent voce beati
Non meminit nostrum qui squa: te visere mundum
Nec famis oppressum dura ditione notauit
Carceris aut penis meminit vidisse reuinctum
Respondens illis dicit tum talia iudex
Fratribus ista meis: humiles miserando labores
Qui fecit: certum est dulcem mihi ponere fructum
At vos iniusti: iustis succedite flammis
Et penis semper mentem torrete malignam
Quis pater horrendus baratri per stagna profundi
Demonis horrendi sociisque ipsique parauit
Namque sicum passo quondam mihi pocula nulla
Nec famis in pena parui miseramina panis
Aut peregrina mihi tecti vestisve parumper
Regmina: de magnis gracili pro parte dabantur
Carceris haud septo claustris morbisve iacenti
Unquam visendi solacia vestra fuerunt
His damnata dehinc respondet factio verbis
Haud unquam nostrum meminit te visere quisquam
Aut sitis aut sequi famis egrum agitare laborem

Iuuenus

Hospita vel fessis errare per oppida rebus
Carceris aut mersum pennis morbove grauatum
Ut tibi sollicito fieret miseratio iusta
His rerum dñs dicit: cum vestra superbo
Angustis rebus feritas sub corde tumebat
Calcavitq; humiles minimos: me spreuit in illis
Hec vbi dicta dedit meritis sua p̄mia reddit
Eternum miseri p̄na fodientur iniqui
Eternumq; salus iustis concessa manebit

De suscitatioe lazari Joānis. xi.

† Alia dum loquitur: scissos lacerata capillos
Pro fratris morbo: iustis soror anxia curis
Hortatur iuuenem rapido percurrere gressu
Casibus vt tantis christus seruaret amicum
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis
Obsequio cuius fratremq; domumq; merentem
Complexus pleno christus retinebat amore
Nuncius adueniens narrat in agone iacere
Dilectum christo iuuenem: p̄ tristitia morbi
Et leti ⁊ vitę confinia summa tenere
Lazarus hic habuit nomen: sed christus amaris
Percussus v̄bis: non est si creditis inquit
Ad letum ducens ista hec violentia morbi
Sed deus vt digno iustis celebretur honore
Et soboles hominis sancta v̄tute nitescat
Tunc ad discipulos dormit iam lazarus inquit
Sed charum iuuenem faciam consurgere rursus
Hec ait: ⁊ christo cuncti precunte sequuntur
Reddunt discipuli somno succedere plena
Et remeare salus poterit: nec mente sequuntur

Presbyter

Quod mortem somni dixit sub nomine christus.
Errorem quoque tali sermone remouit
Zazarus in letum cecidit: sed gaudia menti
Hinc veniunt: vestri quoque fidem mihi fortius armant.
Cernitis absentem longe quoque cuncta videre
Sed properemus ait: Didimus tunc talia fatur:
Idegamus: pariterque omnes precumbere leto
Cogamur: totiens quod gens iudea minatur
Hec ait: et cuncti christo preeunte sequuntur
Jamque aderat christus: fuerat sed forte sepulto
Quarta dies. merulaque atris de morte tenebris
Germanas. luctus lacrymosaque tecta tenebant
Conuenere illuc solatia debita dantes
Iudeque gentis proceres: charique propinqui.
Sed martha audito christum venisse: cucurrit
Obuia: deseruitque domum matrisque sororem:
Et procul o utinam pater hic christe fuisses
Clamitat haud morti frater cessisset acerbeque
Nam quicquid poscis certum est tibi posse venire
Quam dominus tali solatur voce gementem
Robustam mentem mulier virtute resume
Zazarus hec vite rediuiua in lumina surget
Et mulier. certe surgent in munera vite
Mortales cuncti: veniet quum terminus orbi:
Christus item sancto depromit pectore vocem
En ego sum clarę vobis reparatio vite
In me qui credit mortem deponere sumptam
Et vitam poterit iugi comprehendere seculo
At quicumque fidem viuo sub pectore sumet
Horrida nos unquam continget limina mortis

Iuuentus

Ista hec si credis puro de pectore martha
Illa dehinc hec vna fides mea corda tenebit
Sublimis veneranda dei q̄ venerit in te
Celestis soboles celso sub nomine christi
Hec ait: et mariam cursu monitura sororem
Interiora petit: sanctum venisse magistrum
Et pariter luctu oppressam: vocitare sororem
Admonuit: tacito designans omnia nutu
Prosiluit illa foras: audito noie christi
Prosequiturq̄ simul solymoz turba gementem
Credentum tumulo fletus inferre sorores
Illa salutifer postq̄ conspexit iesum
Procidit an̄ pedes: rupitq̄ hanc pectore vocem
Si mihi germanum potuisses visere viuum
Lazarus haud poterat dure succumbere morti
Fletibus his christus socians de corde dolorem
Inquirat tumuli sedem quo condita nuper
Membra forent: aie volucris spoliata calore
Haud mora: demonstrant flenti m̄stosq̄ sepulchz
Rupe sub excisa: lapidis quod pondere clausum
Et vidit sanctus: multo mox vecte moueri
Præcipit At marthæ talis vox verberat auras
Quattuor en luces: totidēq̄ ex ordine noctes
Prætereunt: quo membra solo composita quiescunt
Crediderim corpus motu fugiente caloris
Fctorem miser liquefactis reddere membris
His dictis contra depromit talia christus
Jam totiens dictum est: magnis consistere rebus
Credentum x̄tute fidem: sed gloria summi
Jam genitoris adest: fidei si robur habetis

Presbyter

Hec ubi dicta dedit: saxumq; immane reuulsis
Obicibus patuit: strus mox conscia celum
Suspicit: et tali genitorem voce precatur
Eximias grates genitor tibi sancte fatomur
Me placidus semper: venerandis auribus audis
Sed populus p̄ns me inissum credere discat
Hec ubi dicta dedit: tumuli mox limine in ipso
Restitit: aduerso complens caua saxa canore
Lazare sopitis redeuntem suscipe membris
En aiam: tuq; ipse foras te prome sepulchro
Hec mora: connexis inambus pedibusq; repente
Procedit tumulo: vultum cui linea texit
Et totum gracilis connectit fascia corpus
Tum solui iussit: letumq; ad tecta remittit
C̄ Judei postq; factum venerabile cernunt
Qui tantum fuerant mariam marthamq; sequuti
Pars credens sequitur sanctę strutis honorem
Ast alij repetunt vibem: procerumq; superbis
Cuncta pharisęis rex miracula narrant

C Passio domini nostri iesu christi

C Mat. xxi. Mar. xiiij. Lu. xxij. Jo. xi.

C Conciliū sacerdotū scribarū et phariseorū cōtra
christū Et de unguento effuso sup caput christi

e Rgo ad concilium: scribę plebisq; vocatur

Jam grauior numerus: qua vatū principis alte

Pulchra caipheę collescent atria sedis

Illuc complacuit christum prosternere leto

Sed vitare dies pasche: ne plebe frequenti

Discordes populi raperent in bella furorem

Iuuentus

Ille simonis erat tectis: quem lurida lepra **Jo. xij**
Virtute ipsius diffugerat: en recubanti
Accedit mulier, ppius: frangēsq; alabastrum
Quo p̄ciosa inerant late fragrantis oliui
Unguenta: ab summo pfudit vertice christum
Discipuli increpitant: fantes potuisse iuari
De p̄cio vnguenti miseroꝝ corpa egentum
Has dñs prohibet voces: factumq; pbavit
Desinite obsequio isto phibere puellam
Pauperibus semper dabitur succurrere tempus
Sed me non semper tribuetur visere vobis
Funeris ista mei multum laudanda ministrat
Officio: mundumq; implebunt talia facta

CJudas precium petit et tradat iesum qui cœ
nans de Iuda traditore ad discipulos loquitur
Et sacramentum corporis et sanguinis insti-
tuit. Petro dicit q̄ ter eum abnegaturus est

CMatthæi. xvi. Marci. xiiij. Lucæ. xxij.

Tunc discipulis vnus se subtrahit amens
Judas qui ad proceres tali cum voce cucurrit
Quod precium sperare datur si tradere vobis
Quæsitum diu possim monstrare magistrum
Argenti ter dena illi mox pollicebantur
Pondera: dehinc iudas sccleri se subdidit alto
Jamq; dies pasche primo processerat ortu
Discipuli christo quærunť vbi sumere pascha
Vellet: at ille sibi quendam sine noie quæri
Ultima qui dñi caperet mandata iubebat
Vespere mox primo bis sex recubātibus vna **Jo: xiiij**

Presbyter

Discipulis: tali diuinat voce magister
En virget tempus christum cum tradere morti
Et vobis vnus scelerato corde volutat
Continuo cuncti querunt quis talibus ausis
In sano tantum cepisset corde venenum
Ille debinc epulis mecum nunc vescitur inquit
Sed soboles hominis quondam prescripta subibit
Supplicia ad tempus: miserabilis ille per eum
Qui iustum tradet: quanto felicioꝝ esset
Si nunq̃ terris tetigisse limina vitę
Et iudas grauius tum conscia pectora pressus
Anquid ait iudam talis suspicio tangit
Respondit dominus te talia dicere cerno
Hęc vbi dicta dedit: palmis sibi frāgere panē Jo. vi.
Diuisumq; debinc tradit: sanctumq; precatus
Discipulis docuit ap̃ium se tradere corpus
Hinc calicem sumit dominus: vinoq; repletum
Sanctificat gratis verbis: potumq; ministrat
Edocuitq; suum se diuisisse cruozem
Atq; ait. hic sanguis populi delicta remittet
Hunc potate meum: nam veris credite dictis
Post hęc non vnq; vitis gustabo liquorem
Donec regna patris: melioꝝis munere vitę
In noua me rursus concedant surgere vna
¶ Exin cantato sanctis cōcentibus hymno Jo. xvij
Montis oliueti conscendunt culmina cuncti
Talia tum christus depromit pectore verba
Omnes presentis noctis vos tempore longe
Disperget misere: deserto principe terror.
Sic etē scriptū est: pastoris casibus oēs Facba. xij
k j

Iuuenius

In diuersa fugam capient p rura bidentes
Hinc quom vita nouos celi mihi reddet honores
Præueniam: vestrosq choros genitalibus armis
Grata galileæ volitans p rura docebo
¶ Respondit petrus: cunctos (sic credere fas est)
Quæ tua labentes possint præcepta negare
Sed mea non vnq̄ mutabit pectora casus
Ille dehinc Nox hæc q̄ lucida sidera terris
Inducet: lucemq̄ premens nunc incubat vndis
Audiet: vt ternis pavidus mendacia vobis
Dices: z christum fortissime petre negabis
Et prius altibus resonent quam tecta domoꝝ
At petrus: duram mortem mihi sumere malim
Vox oblita suum q̄ deneget ista magistrum
Has vires cordis perstant promittere cuncti
¶ Iesus secedit in villã gethsemani Et in hoꝝ
to orat prænt ¶ Matthei. xxvi. Marci. xiiij
Luce. xxij. Joannis. xviij

n Omnis hebræi sunt gethsemaneida rura
Illo progreditur vitæ lucisq̄ repertor
Quem mox discipuli iuda fugiente sequuntur
Atq̄ illic reliquos iussit residere ministros
Ille sed assumpto longe procedere petro
Febedeiq̄ simul natis: per deuia tendit
Tunc angore graui mestus: sic voce profatur
Tristia nunc voluens animus: mihi pectora turbat
Mortetenus: sed nunc vos segnem excludite somnum
Sollicitamq̄ simul vigilando ducite noctem
Hæc ait: z paulum procedens: corpe terram
Deprimic: z tali proiectus voce precatur

Presbyter

Si fas est genitor: calicis me transeat huius
Incumbens valido nobis violentia tractu:
Sed tua iam veniat potius q̄ nostra voluntas
Quę tibi decreta est tantis sententia rebus:
E Judas iesum osculo tradit. Matthei. xvi
Marci xiiij. Luce. xxiij. Joānis xviij
t Uincad discipulos repedit: sed summus ābelus:
Prostratis terrę membris dissoluerat omnes:
Tunc ait ad petrum Non est tibi ponere virtus
Unam peruigilem tantis sub casibus horam.
Sed vigilate precor. ne vos tentatio raptos
Horrida precipitet: et seq̄e per lubrica mortis
Spiritus iste viget: sed corpus debile labat.
Secessit rursus secreti montis in arcem
Orabatq; patrem. rerum mitissime rector
Hunc quoniam calicem non est transire facultas:
Jam tua perueniat nostra de sorte voluntas
Rursus discipulos somni sub pondere pressos
Inuenit et rursus idem genitore peccato
Alloquitur fesso nexos languore quietis:
Jam dormire licet sociosq; reuisere vestros:
Nam venit ille mecum qui tradit ad omnia corpus
Quę maculata meis imponet factio membris
Cum dicto iudas numero stupante cateruę
Aduenit: procerum iussu populiq; ferocis
Pars strictis gladijs: pars fidens pondere claue
Signa sequebatur iudeę promissa furentis
Dulcia nam christi tacturum se oscula pactus
Quo facile ignotum caperet miserabile vulgus
Hic vbi dixisset simulata voce salutem:

It ij

Iuuentus

Attigit ⁊ labijs iusti miserabilis ora
Continuo christus: totum complere licebit
Huc venisse tuo quęcunq; est causa paratu
Iniecere manum turbe: christumq; p̄hendunt

Petrus auriculam seruo abscidit

Mat. xxvi. Lu. xxij. Jo. xviij

Tunc discipulis vnus fulgente machera
Occurrit vatis famulo: ⁊ sublatus in iram
Tempore eius cesam rapuit vi vulneris aurem
Olli christus ait gladium tu ponito noster
Mā q̄cūq; feror p̄fidit vindice ferro **Ec. ix. ⁊ apo. xij**
Hunc iusti similis ferri vindicta manebit
An ego non possum cęlestia castra vocare
Et patris innumeras in p̄elia ducere turmas
Sed scriptura męis complenda est debita rebus
Vos autem stricto quid me comprehendere ferro
Fustibus ⁊ gladijs concurritis **En ego vobis**
Occurram: templi media qui semper in arce
Vobiscum risidens docui: nec talia quisquam
Insonuit: tantis circum latratibus audax
Discipuli passim christo fugere relicto

In domo Caiphę p̄demnatur. blasphemat ⁊
p̄cutitur **M**at. xxvi. **M**ar. xiiij. **J**o. xviij.

Ang caiphęa astiterat saluator in aula
Conuenere oēs scribe proceresq; vocati
At petrus longe seruans vestigia solus
Occulte męstus: sedit cum plebe ministra
Extremum opperiens tanto sub turbine finem
Ecce sacerdotes: falsos conquirere testes
Incumbunt: fictasq; volunt contexere causas

Presbyter

Quis mortem insonci possent imponere christo
Sed nullus tanto visus satis esse furori:
Ultimo prosiliunt testes: qui dicere christum
Audiissent templum quod solus vertere possit
Et versum ternis iterum instaurare diebus
Ipse sacerdotum princeps: virgere tacentem
Insistit: feruens furibus: ac talia fattur
Quur nihil ad tantas nunc respondere querelas
Conuictus veris proceꝝ sub testibus audes
Adiurabo tamen summi per regna tonantis.
Ut fateare palam si fas te credere christum
Ille de hinc tali compellat voce superbum
Ista hec sola tibi procedunt pectore verba
Vera tamen veniat vobis visenda per auras
Maiestas: hominis proles virtutis ad altę
Cum sedeat dextram: per nubes ignicolores
Talibus auditis scindit de pectore vestem
Insultans furibus: et cęco corde sacerdos
Atque ait: audistis pugnatis scęda profani
Verba deo: polluta magis consurgat in iras
Religio et vestram cuncti iam pandite mentem:
Conclamant omnes. mortique addicere certant
Tunc sanctam christi faciem sputa improba cōplent
Et palmę in malis colaphi in vertice crebri
Insultant: verbisque omnes illudere certant
Christe prophetabis cuius te palma cecidit

Petrus ter christum abnegat

Mat. xxvi. Mar. xiiij. Lu. xxij Jo. xvij

^a Petrum mulier tristem quod viderat intus.
Tu ne etiam iuuenis fueras comes additus inquit:

R iiij

Iuuentus

Isti: quem ludens procerum sententia damnat
Ille negat: tectisq; foras se promere tentat
Ecce sed egressum primo sub limine cernens
Altera consimili prodebat voce ministris
Rursus ait: iurans illum se nosse negabat
Tunc percontantum multi accessere sequentes
Eg; sono vocis sese cognoscere dicunt
Cuncta galileam streperent q; verba loquelam
Et petrus iurans deuotis omnia verbis
Nescire affirmat: quisquis foret ille negando
Hanc vocem: plausum quatiens sub culmine tecti
Ales prosequitur cantu: mentemq; simonis
Circumstant tristem verbis: p; sagia christi
Egressusq; dehinc ploratus fudit amarus
Vinct? ad pilatū ducit corā illo accusat a q; intro
gat de rege iudeor; Iudei petūt Barabā dimitti
Et xp̄m crucifigi postulāt Mat. xxv. Mar. xv
I Idera iā luci pcedūt 7 rapid? sol. Lu. xxiij. Jo. xvij
Progreditur radijs terras crepitātib; implens
Jamq; e concilio christum post terga reuinctum
P; sidis ad gremium magno clamore traherant
Interea celsum dominus stans ante tribunal
Talibus exceptum pylatus vocibus urget
Talia pylati verbis excepit iesus
Tu rex iudee gentis quod dicitur astas
Respondit christus vestris hęc audio verbis
Ex in terribilis iusti accusatio surgens
Infremit 7 sanctum mendax facundia prestat
Respondere nihil crucibus dignatur iesus
Pylatus quęret quę tum sic causa tacendi

Prefbyter

Ille magis perstans miranda silentia seruat
Solemni sed forte die concedere leges
Unum damnati capitis de more iubebant
Et fuit in vinculis famoso nomine latro
Quem christo infensus: populus dimittere vitę
Ardebat: trucibus somno sed territa visis
Pylati coniunt iusti discedere pęna
Mandatis precibusq; virum suspensa rogabat
Tum iudex iterum procerum disquirere mentem
Tentat. 7 instanti cuperent quem soluere pęna
Plebs ad arbitrium mittit de lege requiri
At proceres populum fusa ambitione rogabant
Latronem legi peterent christumq; necarent
At postq; procerum incendit sententia vulgus
Latronisq; petit potius sibi cedere vitam
Consultuit preces populum: quid vellet iesu
Plebs incensa malo seuos miscere tumultus
Et crucis ad pęnas iterumq; iterumq; petebat
Qui regis nomen cuperet qui cesaris hostem
Confessus. sese proprio damnauerat ore
Deniq; vi victus detestatusq; cruentum
Officium increpitans se libera sanguine ab huius
Corda tenere sibi: coramq; a crimine palmas
Abluit. vt genti tantum macula ulla maneret
Hoc magis inclamant nos nos cruor iste sequatur
Et genus in nostrum scelus hoc 7 culpa redundet
Pilatus donat plebi legiq; barabban
Et crucis ad pęnam vinctum concedit iesum
Judas penitętia duct? nūmos rettulit et laqo se
susnedit et de agro figuli

Mat. xxv

v. iij

Iuuentus

P Roditor at iudas postq̄ se talia cernit
Accepto sceleris precio generalle furentem
Infelix egris damnans sua gesta querelis
Argentum ⁊ culpans: sacram proicit in eodem
Exorsusq̄ suas laqueo sibi sumere penas
Informem rapuit ficus de vertice mortem
Inde sacerdotes (precium q̄ sanguinis esset)
Illicitum fantes adytis iam condere templi
Quod dare tum licitum: dum sanguis distraheretur
Credebant: agrum mercati nomine vero
Sanguis: horrendo signant scelera impia facto
Hec quondā coopta canēs vox ꝑ ꝑhete Sacha. xi
Euentum rex patefecit in ordine sc̄cli
Argenti triginta minas posuere profani
Hoc precium preciosi corporis instituentes
Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum
A militib⁹ deridet. chlampde coccinea idur⁹ ⁊ spi
nis coronat⁹ Mat. xxvij Mar. xv Lu. xxiij Jo. xix
T Raditus est crucibus iustus: scelerisq̄ ministris
Milicibus scelerata opprobria corpore ꝑꝑbet
Purpureamq̄ illi tunicam chlamydēq̄ rubentem
Inducunt: spinisq̄ caput cinxere cruentis
Inq̄ vicem sceptri: dextram comitatur arundo
Tunc genibus nixi: regem dominumve salutant
Iudeꝝ gentis: faciemq̄ lauare saluiis
Vertice ⁊ in sancto plagis lufere nefandis
A pilato iudicat⁹ ad crucifigēdū ducit⁹ Simō cy
rene⁹ ⁊ agariat⁹ ut crucē tollat. felle ⁊ aceto potat⁹
crucifigit⁹ in medio latronū sup uestē sortē mit
tunt titulus cruci affigit⁹ blasphemiat⁹. sol obscu
ratur ⁊ terremotus factus est. de dñi clamore et

Presbyter
morte. et alijs q̄ ptingebant in morte.

Mat. xxij. Mar. xv. Lu. xxiij. Jo. xviij

hęc ubi transegit miles ludibria demens
Indutum pprie ducebant regmine vestis
Et crucis ad pęnam sanctum iustūq; trahabant
Ecce sed egressi quendā cepere simonem
Cyrina genitum: lignūq; differre iubebant
Quo dñm lucis duris suffigere clavis
Instans virgebat sc̄cli immutabilis ordo
At postq; ventum est: ubi ruris golgatha nomen
P̄mixtum fellī vinum dant pocula christo
Ille sed in summo gustu tractata recusat
Ut satis antiquis fieret p̄ talia dictis
Nec tamen immanis plebis furor oīa possit
Jamq; crucifixum pendeat in arbore corpus
Intactamq; dedit tunicam sub sorte p̄ omnes
Militis vnus seruans possessio textum
Et scriptum causę titulum meritiq; locarunt
Q̄ rex iudeę gentis plebisq; fuisset
Accidit vt pęnę pariter consortia ferrent
Patrones hinc inde duo: sed cęca furentis
Insultat plebis fixo vesania christo
Hic est qui templum poterat dissoluere solus
Hic est qui terno lucis reparare meatu
Sed nunc descendat soboles veneranda tonantis
Et crucis epęna: corpusq; animumq; resoluat
Hęc vulgi proceres vecordis dicta sequuntur
Atq; pharisei scribęq; 7 factio demens
Illudunt: motuq; caput: linguaq; loquelis
Insanis quatiunt: eterne ad vincula pęnę

Iuuentus

Nonne alios quondam crucibus seruare solebat
Morborum vinculis: sese quirit soluere vinculis
Non valet. En regem nostrę quem credere gentis
Debuimus: soluat ligni de robore corpus
Tunc sanctis digne valeamus credere vobis
Confidit genitore deo dimittere pęna:
Cur non vult propriam sobolem veneranda potestas
Hęc minus increpitant. dextra leuaq; gementes
Affixi crucibus scelerum pro sorte latrones
Jam medium cursus lucis conscenderat orbem
Quum subita fugeret oculis: furuisq; tenebris.
Induitur trepidumq; diem sol nocte recondit
Ast vbi turbatus nonam conscenderat horam
Consternata suo redierunt lumina mundo
Et christus magna genitorem voce vocabat
Hebreę in morem lingue: sed nescia plebes
Heliam vocitare putat: tunc concitus vnus
Cogebat spongo turpi calamoq; reuincto
Impressum labijs acidum potare saporem
Cetera turba furens: tali cum voce cachinnat
Spectemus pariter cęlo ne forte remissus
Helias veniat: celsa qui sede quiescit
Liberet et misero crucifixum stipite regem
Tunc clamor domini magno conamine missus
Ethereis animam comitem commiscuit auris
Scinduntur pariter. sancti velamina templi
Carbasaq; in geminas partes dirupta debiscunt:
Et tremebunda omni concussa est pondere tellus
Dissiliuntq; suo ruptę de corpore cautes
Tum veterum monumenta virum patuere repulsis

Presbyter

Obicibus: iusteq; aq; per membra reuerse
Et visum passę populi: per menia late;
Errauere vrbis: sic terrent omnia mundum
Militibus primis quatiuntur corda pauore
Dedita qui seq; seruabant corpora pęne
Et sobolem dixere dei: christumq; fatentur
De sepultura domini Matthei. xxij. Mar-
ti. x. Luce. xij. Joannis. xix.

e Speculis matres miracula tanta tuentur
Omnes obsequium christo quę ferre solebant
Jamq; recedenti vesper succedere soli
Cęperat: et procerum solus cum iustior audet
Corpus ad extremum munus deposcere christi
Hic ab arimathia nomen gestabat ioseph
Qui quondam verbis aures prestabat iesu
Pilatum tunc iste rogat sibi cedere membra
Quis nuper tulerat vitam vis horrida pęne
Concessit pęses: sed corpus fulgida lino
Terta tegunt. saxiq; nouo componitur antro
Concludunt limen immensa volumina petre
E speculis seruant matres z cuncta tuentur
De custodia circa sepulchrum Mat. xxij

i Anq; dies rutilo complebat lumine terras
Ocia qui semper prisca de lege iubebat
Nulla sed immitis procerum furor ocia seruat:
Conueniunt onerantq; simul sic iudicis aures
Erroris laqueos iustissima pęna resoluit
Nunc meminisse decet qm̄ planus ille solebat
Vulgari semper iactans promittere plebi

Iuuenius

Emortis sese tenebris ad lumina vitę
Cum trino solis pariter remeare recurſu
Sed petimus custos miles noua funera ſeruet
Ne fera diſcipulis ſurandi audacia corpus
Conſurgat turbetq; recens inſania plebem
Et pilatus ad hęc: Miles permittitur inquit
Seruare vt vultis corpus tellure ſepultum
Conueniunt: ſaxiq; ingentia pondera voluunt
Et limen ſignis. ⁊ ſaxum milite ſeruant

In die ſancto paſche De glorioſiſſima dñi reſu
rectōe. Mat. xxviij. Mar. xvi. Lu. xxij. Jo. xx

¶ Idera iam noctis: venturo cedere ſoli
Incipiunt: tumuli matres tum; viſere ſeptum
Concurrunt motus ſed terram protinus omnem
Concutit: ⁊ cęlo lapſus deſcendit aperto.
Muncius. et ſaxum tumuli de limine volunt
Illius ⁊ facies ſplendet ceu fulguris ignis
Et niuis ad ſpeciem lucent velamina veſtis
Militibus terror ſenſum diſcluſerat omnem
Et iacuerē ſimul ceu fuſa cadauera lecto
Ille ſed ad matres tali cum voce profatur
Veſtra pauor nullus quotiens nunc corda fatiget.
Nam manifeſta fides ſanctum vos querere corpus
Quod crucis in ligno ſclerata inſania fixit:
Surrexit chriſtus ęternaq; lumina vitę
Corpore cum ſancto deuicta morte recepit
Viſere iam vobis licitum eſt q̄ ſede ſepulcri
Nulla iſtic iaceant fuerant que condita membra:
Dicite preterea celeri ꝑperoq; recurſu

Presbyter

Discipulis christum remeasse in luminis oras
Inq; galileam letum: preccdere terram
His dictis visisq; aios perfuderat ardens
Leticia attonitis: stupido ancipitiq; fauore
Deniq; p̄cipiti celerantes gaudia cursu
Talia discipulis referunt tumulūq; relinquunt
Ecce vie medio clarus se ostendit Jesus
Erfidas matres blande saluere iubebat
Occurrunt ille ⁊ genibus plantisq; prehensis
Victorem leti pauidę venerantur Jesum
Talibus ille dehinc p̄ceptis pectora firmat
Mentibus absistat fidei pauor ois ⁊ ista
Fratribus hinc nostris p̄pere mandata referre
Nostris conspectus si cura est Ite volentes
Inq; galileam p̄pere discurrete terram
Custodes pecunia corumpuntur ut resurrecti
onem celet **C**Matthæi. xxviij

1 **M**aterea tumuli custodum exterrita corda
Dicitunt e numero partem q̄ tanta referret
Judæis rex miracula sed manus amens
Jam semel insano penitus deuota furori
Præmia militibus certatim magna rependit
Et fama in argento redimit q̄ limina rupto
Furtim sustulerit corpus defensa tenebris
Occulte rapiens audacia discipuloꝝ.

CJesus in galileā discipulis apparuit p̄cipiens
eis euāgelium p̄dicare. et credētes in nomine patris et fi
lij et spiritus sancti baptisare **C**Mat. xxviij

1 **A**nq; galileos conscenderat anxia montes
Mandatis christi concurrens turba suoꝝ

Iuuentus

Cernitur esse suis proles veneranda tonantis
Illum procumbens sanctus chorus oīs adorat
Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
Pectoribus virtus nam pars dubitabat eoz
Tunc sic discipulos clarus compellat Iesus
In cęlo ⁊ terris genitor mihi cuncta subegit
De pater est vobis dignatus mittere lucem
Gentibus haud aliter nunc vos ego mittere cunctis
Institui: vestꝛ est cunctas mihi iungere gentes
Pergite: ⁊ ablutos hoīes purgātibus vndis
Mox sub sancto patris natiq; lauare
Viuifici pariter viuant spiramina flatus
Ablutisq; dehinc nostra insinuate docentes
Pꝛcepta: vt vitam possint agitare perennem
Nec vobis vnq; nostri pꝛesentia decrit
Donec consumens dissoluat sęcula finis

¶ Conclusio libri

h Als mea mens: fidei vires sanctiq; timoris
Cepit: ⁊ in tantum luxit mihi gratia christi
Versibus vt nostris: diuinę gloria legis
Ornamenta libens tulerit terrestria lingue
Hęc mihi pax christi tribuit: pax hęc mihi sęcli
Quam fouet indulgens terre regnator aperte
Constantinus: adest cui gratia digna merenti
Qui solus regum: sacri sibi nominis horret
Imponi pondus. quo iustis dignior actis
Eternam capiat diuina in sęcula vitam
Per dñm lucis christum: qui in sęcula regnat

¶ Finis

Presbyter


Thermāni Buschij Monasterien. In presbyterum
Iuueniū Hispanum Epig: ad lectorem.

Mectite Pierides hederas: et carpite lauros
Castalius liquidas porrigat altus aquas
Insolitoque nemus: tollat iuga leta virore
Quo stetit alatus Bellerophontis equus
Permessus nitidis: irroret gramina lymphis
Littora Cephali come Thalia tui
Cyrba ferat flores: violas: et lilia: circum
Spirent in numeris Delphica rura rosis
Aura: leui flatu. tota regione susurret
Stillent Cecropiæ roborata querna fauis
Applaudat reduci tellus Hispana iuueno
Neglectum cuius squalor edebat opus
Qui modo canicie: vultus abeunte beatos
Induit: et forme pristina membra sue
Fulget Apollineis iteque: coma digna: corymbis
Et manus auratam pulsat eburna lyram
Desine mirari supplex si mouerit Orpheus
Tartara: et inferni flebile Numen agri
Vana quidem sunt hæc: sed gloria tanta Iuueno
Abdulet æthereum qui mouet ore deum.

Handwritten text at the top of the page, likely a title or header.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of script.







3
2

